iuditium pro toto anno nec necesse est respice
re alias quartas āni Similiterqꝫ dicēdum est
ꝙ pestis nō solum Rome erit sed etiam in ali-
quibus locis libre subiectis ⁊ primo q: domi
na gradus directionis ⁊ diuisionis orbis ma
gni est xv. gradus libre ⁊ Mars est diuisor:
Et signum libre hoc anno Rome est in sexta
domo figure ⁊ luna est domina orbis magni
⁊ figure reuolutionis anni ⁊ quia libra est si-
gnum humenū significat pestilentiam in homi
nibus hoc anno que significatur ex hoc ꝙ di-
uisio anni venit ad terminum Mercurij ⁊ ipse
vadit ad coniunctionem Saturni existētis in
signo piscium infortunato: tamen propter con
iunctionem duarum infortunarū scilicet Sa-
turni ⁊ Martis: tum etiam propter eclipsim
solis in eodem signo in domo Mortis: qui fu
it die septima martij hora post meridiē tertia
m. viij. āte introitum solis in arietem: sed quia
idem mercurius applicat se per oppositum ad
dominum domus Mortis significat pestē in
hominibus vt dictū est: sed quia in figura in-
troitus solis in arietē Mars diuisor fuit vt di
ximus existens in duodecima domo in ariete
infortunat ex opposito sextam domū hoc est si
gnū libre ⁊ sic potest significare infirmitates
calidas ⁊ acutas ⁊ pestem: eo maxime q: āno
preterito sol fuit eclipsatus in xxvi. gradu libre
existentis in domo mortis ⁊ significata ipsius
extenduntur ad hunc annum ⁊ significat ꝓut
significauit pestem ⁊ sic signum libre ex omni
parte est infelicitatum ex significatione pestilē
tie ⁊ existēs in domo egritudinis significatur
Rome pestem ⁊ alijs vrbibus libre subiectis
in quibus eodem modo cadit in figura: auget
etiam aliquantulum hāc rem quia luna in xxi.
die eclipsatur in eodem signo libre cadentis in
sextam ⁊ ipsa non solum est vt dixi domina an
ni: sed etiam domina orbis magni: neqꝫ est eti
am parui faciendū ꝙ ipsa luna domina anni ⁊
orbis magni statim in figura āni applicat se ex
quadrato cum mercurio ⁊ extrino cum domi
no domus mortis: sed quia signum octaue do
mus dicti introitus solis nō infelicitatur ab in
fortunijs neqꝫ domina anni neqꝫ venus domi
na ascendentis eiusdem figure anni coniungū-
tur cum domino domus mortis significat ꝙ
ipsa pestis non erit nimis fortis idest non mul
tos interficiet sed multi euadent ex ipsa: ⁊ hec
pestis potius exercebit se contra viles perso-
nas ⁊ seruos q̄ꝫ cōtra nobiles ⁊ magnates ⁊
hoc creditur secundum iuditium introitus so-
lis in primo minuto arietis etiamqꝫ ex hoc iu-
dicatur ꝙ in quintadecima octobris minuet
pestis ⁊ paulatim cessabit: Restat ad huc de-
mum intelligere per quem modum causarum
⁊ actionum epidimia ꝓuenit a causa celesti so
lum ⁊ que illud demōstrant sunt hec ⁊ hoc in
capitulo de signis dicetur: ⁊ primo per id de-
monstratur ꝙ nullum signum videtur in aere
nec malus odor nec color immo ipso serēo exi
stente ⁊ apparente tranquillo frigido puro ⁊
mōtanoso fortior est ibi epidimia Et quādoqꝫ
in aliqua. epidimia fortes habentes cōplexio-
nes temperatas ⁊ sanas inficiūtur ⁊ iuuenes
⁊ pueri moriuntur: quandoqꝫ in alia epidimia
magis mulieres q̄ꝫ hōines ⁊ ecōuerso inficiun
tur ⁊ moriunt: quādoqꝫ ī aliqua epidimia ma
gis senes ⁊ decrepiti inficiunt ⁊ moriunt sicut
per experientiā vidi in ciuitate valētina anno
M.cccc.lxxv. ī qua ingēs epidimia fuit a cau
sa superiori celesti ⁊ multi senes ⁊ decrepiti in
fecti ⁊ mortui fuerunt quam pueri ⁊ iuuenes
Amplius intelligendum est ꝙ quando epidi-
mia causatur a radice celesti ⁊ tantū in primis
mensibus homines inficit quia ex influentia

stellari vapores eterrogenei eleuātur scilicet humidi vł sicci ex interioꝛib⁹ terre ⁊ aque vel ex superficiebus coꝛum ad aerem in aere vero per virtutē calefactiuā virtualē solis ⁊ aliaꝝ planetarum ⁊ stellarum permiscentur cum eo q̄ vapoꝛes simul mixti in aere habilitant ⁊ coꝛrumpunt substantiam aeris aer autē virtutem talis influentie recipit prouenientē ex tali vel tali coniunctione planetaꝝ. Aer etiā sic in substātia sua coꝛruptus ⁊ alteratus cum impetu qualitates malas inductiuas vim veneni habens demum inducit. In vltimis autem mensibus dicte pestis cōiung̃tur radix inferioꝛ cū radice superioꝛi celesti nā ab illa influentia vapoꝛes putridi ab inferioꝛibus eleuantur ⁊ remanet post in illis vapoꝛibus grossa humiditas coꝛrupta ⁊ infecta tūc appꝫ in aere grossicies ⁊ fetoꝛ ⁊ in sole malus coloꝛ tunc enim substātia aeris infecta est ⁊ coꝛrupta ⁊ diffusa per omnem partē aeris ⁊ post homines ⁊ animalia per anhelitū inspirātia ipsum aerem per poꝛos cutis ꝑ venas ⁊ arterias ⁊ ceteros poros intromittuntur ⁊ spiritus coꝛdis alterant̄ ⁊ inficiuntur ⁊ post secunde humiditates nutrimentales coꝛdis putrifiunt ⁊ coꝛrumpūtur tunc causatur pestis cū alteratione medij sensibilis scilicet aeris coꝛrupti: ⁊ quia cōtinua est talis mala attractio talis aeris cōtinue magis ac magis spūs coꝛdis alterantur ⁊ humiditates nutrimētales putrifiūt ⁊ inducit̄ in eis caloꝛ putridinalis venenosus ⁊ preter naturam qui per membra expāsus febrem pestiferam causabit: Ex hijs sequitur in omnibus virtutibus debilitas in coꝛde: ⁊ primo in spiritib⁹ qui sunt necessario instrumentum virtutum Seq̄tur ergo suo instrumēto debilitato virtutes debilitētur: ⁊ ad debilitatem virtutum sequitur operationum debilitas quia operatio a virtute ꝓcedit: etiamq̄ʒ ad putrifactionē humiditatum coꝛdis sequitur malignatio demū in eisdē humiditatibus coꝛdis subtilib⁹ ⁊ grossis qualitatates inductiue veneni causant̄ quas qualitates coꝛ non tollerans tantam malitiā: si debile existit ad suum emunctoꝛium transmittit: si autem foꝛte ad alia mēbra principalia expellit ⁊ ipsa non tollerantia ad sua emunctoꝛia repellunt ⁊ quandoq̄ʒ ad alia membra non principalia ⁊ magis debilia: tūc materia illa putrifacta in menbris nō principalibus incuneata nō potest euaporari qualitates enim peioꝛes in materia vim venenositatis hñtes īducūtur ⁊ sic ex tali materia in talibus locis generātur carbunculi antraces ignis persicus vel sacer: ⁊ fumi maligni ab ipsis eleuati etiā pꝛocedunt ad coꝛ. Natura enim non potest tantam malitiam ⁊ qualitatem talium fumoꝝ per multum tempus tollerare: tollerat enim secundum tenoꝛem virtutis vitalis aliquando per duas dies quandoq̄ʒ per tres dies quandoq̄ʒ per plures venenum per coꝛpus mandat faciēdo de possibilibus quod melius est ad extra ad cutim coꝛpoꝛis diuersas maculas nigras ⁊ virides vel rubeas expellit que in nostro ydiomate valentino vocantur pulguo: ⁊ cū amplius tollerare non valet destruitur virtus vitalis ⁊ sequitur moꝛs festina ⁊ iste ē oꝛdo quomodo a causa coniuncta ⁊ antecedente febꝛes pestifere ⁊ apostamata ancrosa ⁊ venenosa generantur.

Capitulum. v. in quo ostendemus signa generalia ⁊ particularia epidimie vel pestilentie prouenictia a quacunq̄ʒ radice ⁊ pꝛimo ponentur signa generalia epidimie pꝛouenientia a causa celesti

Facta ergo declaratiōe ꝑ quem modū epidimia in hominibus ⁊ alijs animalibus contingere potest Nūc signa generalia ⁊ particularia ipsius epidimie ⁊ pestilentie a quacunq̄ʒ radice pꝛouenientia restat inquirere ⁊ pꝛimo signa ponemus aduentus epidimie pꝛouenientis a radice superioꝛi que pꝛopꝛie sunt coniunctiones maioꝛes trium superioꝛum planetarum minoꝛesq̄ʒ ⁊ medie ⁊ eclipses solis ⁊ lune ⁊ eoꝛum cōiunctiones vel oppositiones pꝛecedentes: ⁊ postea apparitiones secūdaꝝ stellaꝝ scilicet cometaꝝ ⁊ cōsistētiaꝝ diuersaꝝ ⁊ ignitaꝝ pꝛout declaratū fuit superius: si aūt non scis calculationē ⁊ iudicia de talibus cōiunctionibus ⁊ eclipsibus facere Opoꝛtet medicum ab aliquo astrolago scientifico ⁊ experto veritatem habere. ⁊ inquirere vt noticiam clarā tibi faciat de hijs effectib⁹ pꝛouenientibus a pꝛedictis coniunctionibus

⁊ eclipsibus: etiamq̃ de introitu solis in p̄mū minutum arietis quolibet anno ⁊ eius preuentionibus quid de infirmitatibus cōtingerit ⁊ quid de dispositione aeris calida vel frigida humida vel sicca eueniet: vt in preseruatione a predictis morbis a corporum humanorum preuidere possit ⁊ in eisdem rectam curam facere Itaq̃ medicus existens astrologus poterit in salutem hominū conferre Cum corpora celestia preter omnia separata sunt cause istorum inferiorū sicut omnes consentiunt sapientes Sapiens namq̃ cum sciuerit assimilare ⁊ conuenire res superiores inferioribus. iudicia astrorum in hec inferiora verificabit vt Haly abenragel Item qui potest iuuare ⁊ nocumētum remouere potest in salutē hominum conferre iuxta illud cētiloquij ꝓpositione quinta astrologus optimus multum malum ꝓhibere poterit quod signum stellas vēturum est ⁊ ꝓpositione octaua Et anima sapiens sic opus nature adiuuat sicut seminator fortitudīes naturales cōfert itaq̃ medicus existens astrologus in salutem hominum Ea propter quādo medicus ꝓsciuerit istos aspectꝰ celestes dictos ⁊ postea aparitionem stellaꝝ secundarum viderit scilicet cometarū ⁊ royon ⁊ asub idest ignes apparentes in aere moti vt stella cadēs vel currens vel stans vt columpna vel alie figure vt Auicenna dicit prima quarti: Sunt quandoq̃ signa pestilentie: Licet quis posset arguere dicens isti ignes fiunt propter exalationem calidam ⁊ siccam pertingentem ad partem aeris superiorem versus ignē vt Aristotiles primo methcoroꝝ: exalatione autem calida ⁊ sicca non causatur corruptio in substantia aeris quia contrariantur putrifactioni quia aer pestilentialis est humidus cum calore obtuso ⁊ talem modū humiditatis destruit calefactio ignea Causa autē quare aer nō putrifit quia igne plenus est vt Aristotiles in probleumatibꝰ. decimo nono ⁊. xxv. ꝓbleumate Item amplius iste exalationes ignee stātes in suprema aeris parte nō causant aliquid in nostram habitationē: ergo iste exalationes ignee non significant pestilentiam sed solum malitiam ⁊ superfluam siccitatem que vt plurimum in autumpno magis accidunt Tales vero exalationes vel vapores calidi ⁊ sicci existentes in suprema aeris parte efficiūtur ignes etiāq̃ siccus aer eiusdem speciei est cum illis vaporibus existentibus in suprema aeris parte ad hoc dubium soluendum attensione dignū est ꝙ apparitio stellarum secundarum scilicet cometarum vel consistentiarum ignitarum non semper epidimiam vel pestilentiam significat quia quandoq̃ epedimia causari potest ex virtutibus specificis ꝓuenientibus ab influentia trium superiorum planetarum in suis coniunctionibus maioribꝰ medijs ⁊ minoribꝰ ⁊ eclipsium solis ⁊ lune que postea apparitiones stellarum secundarum significant scilicet cometarum ⁊ diuersarum ignitarum consistentiarum Et licet secundum diuersitatē earum in colore situ ⁊ ordine alia ⁊ alia prenosticari possunt: nam effectus naturales in suis causis relucēt Ideoq̃ ex virtutibus planetarum regnātium tempore apparitionis cometarū possunt prenosticari ea que causaliter in talibus taliū planetarum relucent: ipsorum effectuum cometa non est causa sed potius signū eo ꝙ apparent tempore dominij talium planetarum. Ad hoc declarandū pono quatuor signa: Primum signum est: quandoq̃ cometa significat vehementem calorē ⁊ ex consequenti habundātiā ventorum vel inundationes aquarum: nam multa materia vaporum requiritur ad generationem comete que non poterit eleuari nisi a magno calore a magno autem calore magnus fumus eleuatur vsq̃ ad supremā aeris regionem ⁊ in tali eleuatione non quilibet fumus mediā aeris regionē penetrat qui percussus lateraliter ventus est motus. ⁊ multi vēti mouentur sed quia quandoq̃ corpora ventorum facilime in media aeris regione cōdensantur Ideo inundationes ⁊ cōmotiones aquarum fiunt. Secūdum signum ꝙ cometa quandoq̃ significat siccitatem temporis ⁊ ex cōsequenti destructionem fructuum ⁊ terre motus: nam in tempore generationis talis comete fuit vehemēs calor ꝯsumēs humiditatē vapoꝝ ascēdentiū ⁊ sic impediēs generationē nubiū ⁊ pluuiaꝝ ⁊ ꝑ ꝯsequens terra arescit ⁊ ꝯburitur ex defectu irrigationis terre per pluuiam ⁊ sic significat destructionē fructuum ⁊ terre motus

Tertiũ signum ꝙ cometa significat est morta
litas principum permutationesq̄ regnorum ⁊
variationes regum Quartum signum qđ co-
meta demõstrat est mortalitas gẽtium omnia
autem ista signa comete demostrant quia sunt
stelle nominate ⁊ sunt effectus primarum stel
larum propter hoc dicit Ptholomeus centi-
loquio quando ignorate fuerunt prime stelle
id indica ꝑ secũdas stellas. quia comete effec-
tus sunt primarum stellarum ⁊ per consequẽs
sunt signa Ex hijs dictis notatis facilime quis
soluere poterit argumẽta superius facta: nam
quando comete demõstrant caliditatem ⁊ sic
citatem in aere . ex illa exalatione calida ⁊ sic-
ca non causatur putrifactio ⁊ corruptio in sub
stantia aeris quia cõtrariatur putrifactioni co
mete ergo currũt in aere cursu causarũ ⁊ indi
cant causam vt Auicenna dicit quia significat
causam dictam scilicet martis infortunati im-
pressionem habẽtis coloris rubei: nam come-
ta habens colorẽ rubeum attestatur dominati
oni Martis si pallidus attestat̃ dominationi
Saturni Etiamq̄ si Saturnus fuerit infortu-
natus causabit epidimiam cũ illa virtute spe-
cifica celesti dicta ⁊ tunc impressio illius vir-
tutis Saturni erit in aere sereno frigido ⁊ sic-
co ⁊ minime in substãtia aeris putrifactio erit
⁊ sic ex virtutibus specificis prouenientibus
ab influentia talium stellarum cum aparitione
camete alia ⁊ alia prenosticari possunt ⁊ sic in
telligendum est de virtutibus specificis insur-
gentibus ab aliis coniunctionibus planetarũ
⁊ eclipsibus solis ⁊ lune ⁊ propterea Auicen
na ait: ⁊ principium omnium hoꝝ sunt forme
ex formis celi facientes esse necessarium illud
cuius aduentus ignoratur scilicet a medico
sed non ab astrologo scientifico ⁊ experto in
scientia astrorum vt superius diximus Verũ-
tamen cometa nõ est causa talium effectuum
sed pocius signum eo ꝙ apparet tempore do
miniĳ talium planetarum sed tamẽ non est sig-
num necessitatis Nam plurics vise fuerũt cõ-
mete ex quib[9] pauca in cõuenientia demõstra
ta sine secuta fuerũt Sed quãdoq̄ cometa est
vnum signum epidimie prouenientis a radice
superiori Aliud autem signum epidimie ꝓue-
nientis a radice superiori est ꝙ fit epidimia in
vna ciuitate eiusdem climatis vel regionis et
non in alia ⁊ in vna domo eiusdẽ ciuitatis et
non in alio domo ⁊ in vno vel duobus homi
nibus illius domus ⁊ non in alĳs quia infec-
tio talis accidit secundum diuersitatem aspec
tuum signoꝝ sub quibus cadit coniunctio pla
netarum ⁊ eclipsis solis ⁊ lune sicut iam supe
rius stetit declaratum Aliud signũ est ꝙ plu-
res homines in ciuitate vel villa incidunt in
epidimiam ⁊ in eiusdem diebus ⁊ horis infici
untur a peste Aliud signum est ꝙ in locis sub
tilis aeris ⁊ vẽtosis ⁊ in locis montuosis vbi
flat ventus septentrionalis frigidus ⁊ siccus
homines inficit

Capitulũ vi. in quo fit ostensio de signis aduentus pestilentie generalibus proueniẽtib[9] primo a radice iferiori scđo de signis ꝓueniẽtibus a radice inferiori ꝯiuncta superiori.



Igna aduẽtus pestilẽtie ge ne-
ralia prouenientia a radice infe
riori sunt hec. Primo namq̄
cum videris uẽtum austrinum
multiplicari ⁊ post in dieb[9] ali-
quibus subsolanũ. ⁊ ventus austrinus est cali
dus ⁊ humidus ⁊ subsolãus habet magis de
caliditate: adaucta autem caliditate eleuantur
vapores a terra humidi cum aliquibus va-
poribus siccis vsq̄ ad mediã aeris regionem
⁊ ibi permiscentur ⁊ nõ consumuntur ⁊ sic po
terit in substãtia aeris putrifactio generari cu-
ius signũ est ex eo quia ex dicta permixtione
vaporum humidorum ⁊ siccorum nõ fit talis
ingrossatio eoꝝ qui causare pluuiam possunt
qua de re quedã nubes causantur que viden
tur dare pluuiam ⁊ pluuia non fit ymo vides
aerem vacuũ a pluuia id est pluuia priuatum
Illi ergo vapores quia magis humidi quã sic
ci cum caliditate substãtiam aeris putrifacient
⁊ istud raro in hieme euenire põt: accidit enim
in vere ⁊ estate quia calor veris ⁊ estatis ex-
pectatur in quo calore eleuantur vapores ad
aerẽ ⁊ apparet turbiditas aeris in vere ⁊ esta
te: q2 isti vapores scilicet calidi ⁊ sicci cũ vapo
ribus humidis ꝓfundius aeri ꝑmiscẽtur ⁊ qñ
aliquantulũ subtiliãtur aer clarior fit q̃ prius
esset ⁊ ista caliditas nõ multũ ꝑdurare potest

⁊ iterum per aduentū vaporū multorū turbaē
⁊ sic accidit frigus in nocte ex illis multis va
poribus qui ex natura aque sunt ⁊ recedēte
sole tendūt ad frigiditatē; sed quia vapor ca-
lidus ⁊ sicc⁹ est reclusus vaporibus humidis
qa vincit calor in eis caliditas apparet; Ideo
q̄ in vna hora caliditas apparebit ⁊ in alia ho
ra frigiditas ⁊ tales dispositiones apperentes
sunt acquisite in aere. Generalia vō signa ad-
uentus epidimie quando radix inferior in pri-
mis diebus cum radice superiori incipit cōiun
gi si putredo ⁊ corruptio ī substātia aeris ex t-
ra a causis dictis per multos dies augmētabi
tur Exinde corruptiones ⁊ putredines inter-
ra scias augeri ⁊ tunc sequntur variole ⁊ mor
billi ⁊ cum illis febris accensa erit Et animalia
ex putrifactiōe in terra multiplicari videbis si-
cut sunt musce mures aranee vermes ⁊c̄ Etiā
q̄ videbis animalia reptilia in cauernis terre
exire ad super ficiem terre ⁊ dimittere oua sua
propria ⁊ aliquando inueniunē mortua ⁊ tūc
pestilentia est manifesta per ista signa sensibilia
et hec sūt signa pestilētie a radice inferiori qñ
cōiunguntur cum radice superiori Verūtamē
si pestilētia cōtingat fieri solū a causa superio
ri celesti volatilia dimittunt oua propria ⁊ fi-
lios iam natos ⁊ mortua aliquando ad terrā
cadūt Signa autē aduētus epidimie a radice
⁊ a causa superiori ⁊ a radice iferiori quia iam
scripta fuerunt q̄ño stetit declaratum aquibus
cau sis manifestis ipā pestis peruenire poterit
Ideoq̄ quia cause dicte sunt vel esse possunt
signa euentuspestilentie vel epidimie a radice
celesti ⁊ a radice inferiori prouenientium Id-
circo de ipsis su pertaceo.

Capitulum Septimū de signis p-
priis ⁊ particularibus febrium pestilē
tialium aquacunq̄ peruenientium ra
dice Inquocunq̄ indiuiduo actu pa
tiente febrem pestilentialem.


Icitū autem est ⁊ valde neces-
sarium ⁊ vtile medico vt signa
propria febris pestilētialis Illi
co ipē cognoscat vt ipsis p̄cog
nitis. coadiuuare ⁊ curare infir
mum possit cum remediis opportunis in prom
tu administratis ne corruptio in spiritibus cor
dis ⁊ putrifactio in humoribus ventriculorū
cordis cōfirmētur ⁊ sūt multa signa febris pe
stilentialis posita a doctoribus Sed Auicen-
na singularem ordinem ponit signoruz febris
pestilentialis vere; vtiq̄ ab essentia ipsius fe-
bris Et Primo a qualitate mutata Scd̄o ab
actione lessa. Tertio ab exeuntibus mutatis
Aqualitate autem mutata dicit Auicenna hec
febris est quieta exterius conturbans interi-
us ⁊ secundum plurimū perdens ex qua con
cipitur caliditas ⁊ in flammatio fortis; nō enī
apparet calor excessiuus in extremitatib⁹ ymo
paruus calor quia propter magnum nocumē
tum factum in corde propter corruptionē spi-
rituum cordis ⁊ humorꝝ putrifactionem calor
naturalis cordis est debilitatus valde ⁊ reclu
sus ⁊ ad eius defensionem fugit int⁹ cor ⁊ ex
trema corporis membra precipue calore debi
litanē ⁊ exterius in eis calor suauis remanet
deinde turbatus est ⁊ perdens plurimū ⁊ p-
prie cum putredo est confirmata q̄ expctore an
helitus habet cognosci; ⁊ cum deiciat virtutē
vite quia spiritum ⁊ calorem innatum destru-
it et febris ad exteriora expandi non valet vt
ea in flammet valde; ⁊ de his febribus pestife
ris vel pestilentialibus dicit Auicenna q̄ quā
doq̄ fit a causa in qua non percipit eger nec
tangens propinquus multitudinem caloris; qa
calor cum fugit intus propter nocumentum
magnum non est multum eleuatus sicut in pu
trido aere sed plurimū perdens idest occidens
propter cordis magnum nocumentum. Un-
de Galienus in cōmento epidimiarum primo
capitulo dicit; Pestilentiales autē febres om
nes homines vocāt ⁊ dicūt ēe perniciosas e-
gritudines ex qua percipitur caliditas ⁊ p id
est in flammatio fortis quia hec enī febris nō
est eleuata in gradu caloris quomodo pcipiē
in flāmatio; dicit Gentilis q̄ nō est hoc prop-
ter calorē gradualiter intensū necessario sed
ppter mltos vapores malignos putridos cō-
clusos ⁊ cōtractos circa cor ⁊ pulmonē ideo
ē magnitudo anhelit⁹ ppter flammā circa cor
q̄ ppria magnitudo nō ē exaltatio idest ī altū
eleuatio; pp illud enī cōstringiē multū cor qa

maior est necessitas expressionis vaporũ pu-
tridorum circa cor q̃ꝫ augmentationis caloris
⁊ licet hoc sit commune omnibus putridis ta
men plus est in pestilentialibus febribus Se-
cundum signum ab actione lesa q̃nꝫ est vehe
mentia sitis ꝓpter vapores putridos qui mul
tiplicati in spiritualibus per cõmunitatem in-
flammant hos stomaci ⁊ venientes ad os ex
siccãt linguam Tertium signum est ab exeun
tibus mutatis vtiꝫ est nausea vomitus flux⁹
ventris ⁊ apetitus destructio propter corrup
tionem humorum circa os stomaci Propter
hoc Auicẽna bene cõcludit dicens quandoꝫ
fit cum nausea ⁊ casu appetitus si nõ resistitur
ei cum comestione violenter interficict eum ⁊
casui appetitus ⁊ nausee associatur dolor oris
stomaci ⁊ angustia vehemens ⁊ inquietudo
⁊ fortasse erit tussis sicca propter vapores pu
tridos qui nocent canulis pulmonis ⁊ casus
virtutis perueniens ad sincopim ꝓpter nocu
mentum factum in corde ⁊ habent quandoꝫ
comixtionem rationis propter vapores ad ca
pud euntes ⁊ alia signa que Auicenna in lit-
tera ponit Non omnia simul apparent set quã
doꝫ aliqua signa occulta ⁊ manifesta plurima
demõstrantur Aliud signum vt plurimũ eue-
niens est ꝙ sunt multum anxii ⁊ inquieti mu-
tantes se de loco ad locum. Aliud signum est
quod statim sentiunt se multum debiles ⁊ ap-
petunt in continenti intrare lectum ⁊ petũt ci
bum vt virtus nõ deficiat Hec dicta signa sũt
propria febris pestilentialis nunc ponemus si
gna pronostica ad malum ⁊ tẽdentia ad signa
mortis Primum ergo signum est ꝙ aliquoti
ens spuunt sanguinem ⁊ interdũ persecessum
vel per vrinam vel per nares emittũt ⁊ signi-
ficat corruptionem totius masse sanguinarie
ante quartam diem est signum mortis post au
tem quartam diem virtute existente forti pos-
sunt euadere Aliud signũ est ꝙ in primis die-
bus sunt sompno oppressi ⁊ post euigilantur.
Aliud signum est Ab exeũtibus mutatis nam
omnia exeuntia ab extra siue sudor vel vrina
sputum anhelitus siue secessus sunt habentia
malum fetorem. Aliud signum est quia tẽdun
tur ypocundria ⁊ sunt cum iis vigilie ⁊ molli-
ficatio corporis ⁊ tepor ⁊ est quasi modus pa

ralisis vt nõ bene membra sua possint mouere
accidit autem propter defectum virtutis natu
ralis ⁊ est tepor idest debilitas in qua homo
estat vt non loquatur nec bene sentiat Aliud
signum est fluxus ventris diuersorum modo-
rum aliquando diarricus aliquando lienteri-
cus ⁊ aliquando disintericus epaticus ⁊ est
plurimũ fluxus ventris colericus ⁊ aliorum
humorum ⁊ est egestio lenis fetida ꝓpter ma-
litiam putredinis fetor enim putredinem signi
ficat vt intelligitur primo pronosticorum vltu-
mo commento ⁊ non naturalis egestio scili-
cet in colore ⁊ in substantia ⁊ quandoꝫ est
egestio melancolica ⁊ plurimum eius est spu
mosumfetidam. vt scribit Auicenna ⁊ intel-
ligitur per egestionem melancolicam coleram
nigram secundum suas speties ⁊ hoc fieri po
test in febre pestilentiali vel quia latitabant ta
les materie vel propter maliciam febris pesti-
lẽtialis sunt cõuersi humores ad naturã melã
colicam ⁊ sunt spumose propter vẽtositatem
motam que non resoluitur ⁊ sunt fetide ⁊ ali-
quid pinguedinis habentes quia calor intus
conclusus potest liquefacere pinguedinẽ vn-
de apparebit in egestionibus aliquid veneno
sitatis Aliud signũ est ex parte vrine ꝙ quan
doꝫ a principio sunt clare limpide ⁊ ipostasi-
ate admodum vrine sanorum ⁊ post in secun-
da vel tertia vel quarta die apparent vrine
confuse in substantia albe nigre vel rubicunde
ut subiugalium que nullã faciunt per tempus
aliquam residentiã fecalem nec clarificãtur ⁊
si postea infirmus febre pestilẽtiali continuat
vrinare talem cõfusam vrinã spetialiter in ꝑua
quantitate vt plurimum significat egrũ mori.
Si autem mingente infirmo talem vrinã con
fusã ⁊ inquãtitate magna ⁊ post duas horas
⁊ tres residentiã faciat fecalẽ in ꝓfundo vrina
lis ⁊ substãtia tota vrine clarificetur signũ est
naturam preualere super materiam morbi ⁊
significat virtutem naturalem ⁊ vitalem esse
fortem tũc sperandũ est de salute infirmi quã
doꝫ apparet vrina aquosa ex defectu calo-
ris naturalis in se vl' humore melãcolico ꝑdo
minante ⁊ tunc erit aquosa subtilis liuida que
potest fieri propter extinctionem caloris na-
turalis proculdubio est mala eius significatio

Aliud signum est ꝙ pulsus febritātium febre-
pestilentiali est paruus frequēs cadēs ⁊ post
formicans cum sudore diaforetico fetido est
significatio pessima Si autem pulsus fuerit or
dinatus non habens paruitatem nec multam
frequentiā nec intercadentiā est signū bonum
licet Auicēna dicat Et quādoqꝫ est de hijs fe
bribus pestilentialibus in qua non percipit e-
ger nec tangens propinquus multitudinē ca-
loris ⁊ nō alteratur pulsus. ⁊ aqua magna al
teracione ⁊ cum hoc ipsa est interficiens velo
citer ⁊ hesitant medici inesse eius Circa de-
clarationem huius textus auicēna gētilis mo
uet tres questiones quarū Prima est vtrum
in febribus pestilentialibus senciatur ⁊ perci-
piatur calor fortis ⁊ inflāmacio ut in peraffo
superiori Auicēna ⁊ hic cōtrarium dicit Se
cunda vtrum in febre pestilentiali non altere-
tur pulsus magna alteratione cuius cōtrariū
videtur esse cū hec febris sit exputredine hu-
miditatum circa cordis ventriculos ergo ma
xime pulsum alterari vel permutari Item qa
hec febris est interficiēs velociter ergo in cor
de est maxima permutacio ⁊ per cōsequēs in
pulsu Tercia vtrum in febre pestilentiali non
permutetur aqua idest vrina magna alteratio
ne ⁊ idem dicit Auicēna ij.iiij.ca. de iudiciis
vrine. vbi inquit quandoqꝫ est vrina in egri-
tutinibus pestilentialibus bona naturalis in
substātia sua ⁊ in colore ⁊ sedimine ille cuius
est tendit ad mortem Arguit gentils contra
hoc dictū si talis vrina habebit digestionem ⁊
in febribus materialibus digestio ostēdit velo
citatem crisis ⁊ fiduciam sanationis ut ait gali
enus in primo de crisi ⁊ in aliis multis locis
clamat: amplius defectu caloris naturalis exi
stente in corde oportet ꝙ fit in epate epar au-
tem digerit virtute cordis ⁊ est sicut vicarius
eius vt sentit Auerrois ij. coliget aut nō dige
rit nisi habeat auxilium caloris vitalis quo-
modo ergo spiritu cordis tantū malignato ut
cito mors adueniat potest esse vrina latidabi
lis; Ad primam questionem respondet genti
lis dicendo ꝙ si percipiatur caliditas fortis ⁊
in flāmacio in febre pestilētiali hec accidentia
non sunt communia omni febri pestilentiali ⁊
quāuis in multis febribus pestilentialibus sen

ciatur caliditas ⁊ inflāmatio in aliqua tamen
non percipitur intus multitudo caloris Qua
de re auicēna bene scribit quādo dixit Et quā
doqꝫ est de hiis febribus sicut euenit putredi
ni aeris nā quādoqꝫ accidit putredini humorꝝ
esse similem putredini aeris. Aer autē pestilen
tialis habet malignitatē ⁊ nō habet excessum
magnum in gradu caloris cum ergo consimi-
lis putredo fit in nobis. tunc erit febris conti
nua maligna ex materie venenositate non ta
men sentietur multa caliditas. ⁊ hec est febris
lenta maligna de qua loquit̄ Galienus. iii. de
crisi. Ad questionem secūdam de pulsu dicen
dum ꝙ cōmuniter doctores soluunt ⁊ dicunt
ꝙ pulsus nō alteratur magna alteratione quā
tum ad differentias pulsus que sequunt̄ exces
sum caliditatis. Ideo non fit magnus uelox
⁊ frequens. sed alteratur magna alteratione.
Quantū ad differentias pulsus que sequunt̄
defectum virtutis vitalis ⁊ sic erit pulsus de-
bilis ⁊ inordinatus: ⁊ si erit frequens erit par
uus nec eius frequentia non erit tanta quāta
est cum maiori gradu caloris febrilis. Dinus
autem preter hanc solutiōem dat aliam ⁊ gen
tilis eum reprehendit ⁊ hoc non scribo causa
breuitatis q̄uis Dinus soluat rationes genti
lis contra eum factas dando exemplū de ptisi
in qua non est vrina permutata a naturalitate
sua tamen infirmus tendit ad mortem simi-
liter contingit pluries in egritudinibus pro
longatis mortalibus. Consiliator aūt in diffe
rentia. lxxxxv. conatur dare rationem quare
in febri pestilentiali potest esse bonus pulsus
et bona vrina et infirmus tendit ad mortem:
dicendo ꝙ febris pestilētialis vehementer in
heret spiritualibus ⁊ humoribus vētriculorꝝ
cordis ⁊ in eo nocumētum suscipitur ⁊ firma
tur ⁊ nō sit in epate ⁊ aliis membris vnde vir
tus preterita in nullo attentat surgere contra
morbū sed vertit se vt corpus gubernet sicut
in sanitate ideo est pulsus bonus ⁊ vrina bo-
na ⁊ sic vrina bona apparēs ⁊ permanens in
morbo diuturno iudicatur mortalis q̄r natu-
ra contra morbū in surgere non tentat Genti
lis reprehendit consiliatores dicendo ꝙ sua
dicta sunt verba retoricha. ⁊ ipse Gentilis co
natur dare rationes ⁊ causas quare quādoqꝫ

In febre pestilentiali non alteratur pulsus ⁊
cetera Ad id declarādum enarrat casum quē
vidit in quodam viro in fulgineo nomine ca-
salis. nam inprincipio cuiusdam magne pesti-
lentie incepit lēte febrire ⁊ Gentilis ⁊ alij me
dici iudicauerūt esse febrem effimeram ex tri
sticia que ei aduenerat ex causa manifesta Et
postea ipsi dixerunt benignam esse putridam
Pulsus enim ⁊ vrina laudabilia erāt ⁊ nūq̄
acuberat lectum nisi horis quibus consueue-
rat sanus ⁊ linguam bonam ⁊ colorem faciei
et conuenienter quiescebat In nocte in septi-
ma autem die arreptus est sudore frigido in
capite ⁊ collo ⁊ subito mortuus est ⁊ omnes
medici hesitauerunt vnde illud potuit esse.
Et illo mense detecta est pestilentia ⁊ inuasit
multitudinem hominum. hoc casu posito quis
in vestigare poterit quomodo hec febris pe-
stilentialis occidere pōt precedentibus signis
bonis. Et primo de bonitate vrine quia mate
ria talis febris est circa cor ⁊ spiritualia non
circa epar quia hec dicta posita a gentili sunt
singularia ⁊ digna memorādi. Decreui illa in
hoc tractatu scribere precipue ꝓ medicis qui
gentilem non legerunt Hec dicta superius ha
bet multas difficultates Prima ergo difficul
tas est quomodo cū malignitate spiritus cor-
dis stare potest bona dispositio spiritus epatis
cum spiritus cordis sit illi sicut forma ⁊ per
fectio Secundo quomodo cum materiebus
corruptis in corde saluatur materierum boni-
tas in epate Sed ad saluandum hec dicta ne-
cessario oportet tenere quod dispositio spiritu
um humiditatum cordis habet suam latitudi-
nem aliam a dispositione spirituum ⁊ humidi-
tatum epatis Licet tamen non exeat dis-
positio spirituum ⁊ humidiiatum cordis extra
suam latitudinem quin sequatur destructio spi
rituum epatis et per cōsequens mors epatis:
Potest autem fieri mutatio intra latitudinem
spirituum ⁊ humiditatum cordis non tamen
fiet multa mutacio intra latitudinem dispositi
onum epatis: Est alius modus dicendi Gen
tilis dicens ꝙ forma venenositatis potest assi
milari formis q̄ inducunt̄ in fine alteracionis
possibile est ergo ꝙ aer pestilentialis aliquan-
do incipiat simul inducere calorem febrilem ⁊
venenositatem in materia cordis quam putri
facit et tunc hec febris cum vehementia acci
dentium incipit: aliquando autem aer pestilan
tialis inducit in materia cordis calorem remi-
ssum. vnde ille lente febrit et non est facta ma
teria venenosa nec calor ille lētus venenosus
erit Toto ergo tempore quo ille calor lentus
non est venenosus febriens habet pulsum bo-
num ⁊ vrinam bonam: procedente hac altera
tione in aliqua mensura nobis occulta ⁊ igno
ta inducitur venenositas et fiunt tūc acciden
tia vehementia Est etenim alius modus com
munis nam aliquādo homo febrit cum bono
pulsu et bona vrina impossibile est quod febri
ens moriatur stans cum illa dispositione sed si
moritur nō est alia causa nisi quia illa materia
faciens febrem. mutata est de bonitate ad ma-
liciam hec autem mutatio vt plurimū fit in fe-
brientibus aere pestilentiali ⁊ modi istius mu
tationis possunt esse plures Unus aūt mo-
dus est exempli gratia: Ponamus ꝙ homo
febriat ex aeris dispositione mala tamen sit ex
sui natura salubris: illa enim febre salubri stan
te latitabat aliqua materia venenosa in corpo
re illiꝰ hominis febriētis qualis esset materia
antracis maligni que generatur ex malitia ae
ris in aliqua parte spiritualiū et stabat quieta
et occultata: In hora ergo crisis salubris illa
materia mouetur et attingit cor et interficit et
etiā talis materia venenosa moueri potest in
hora non crisis et q̄uis plus contingat in fe-
bribus pestilētialibus cum hec materie praue
venenose sint cum magis generentur tempo-
re pestis: Tamen in febribus et tēporibus nō
pestilentialibus potest hoc contingere et talis
casus in felicitauit et cōturbauit medicos sine
culpa Propter hec contigentia in medicine
pratica dixit Abdaramen in libro quem fecit
de medicinis que opantur a tota spetie in qua
libet egritudine: inqd cū natura humana vix
excludat̄ fallaciis opportet vnūquemq̄ medi
cum diuinum auxilium implorare Ponit eti-
am Gentilis alium modum nam multociens
febre salubri stāte aer pestilentialis inspiratus
conuertit illam materiā febris salubris ad ve-
nenositatem qui prius non erat conuersa ⁊ ex
hoc morietur: Ea propter semper medicus de

bet esse cautus in aere pestilenciali ⁊ in eius
rectificatione etiā𝔮ꝫ in aere non pestilenciali
ideo𝔮ꝫ effectus terribiles tempoꝛe praue pes-
tilencie apparent ⁊ medici lōgo tempoꝛe pꝛac
ticantes viderunt et videbunt accidencia ter-
ribilia in infirmis nam sicut dicit gentilis aliqs
liberatus ab aliqua febꝛe continua per aliquā
crisim bonam pōt cito moꝛi in tempoꝛe in quo
diiudicas eum vere conualescētem: ⁊ quāuis
fuerit facta crisis de illo humoꝛe peccante faci
ente febꝛem continuam ⁊ erat apparens con-
ualescens tamen in illa commotione ⁊ agitati
one crisis coꝛruptus fuit aliquis humoꝛ aptꝰ
coꝛrumpi ⁊ si est aer venenosus: cōuertet illū
humoꝛem ad naturam veneni in illo ergo die
in quo gloꝛiatꝰ fuisti de salute infirmi: coꝛrup-
tione humoꝛis venenosi facta poterit infirmꝰ
debilis in paucis diebus vl' hoꝛis moꝛi etiā𝔮ꝫ
iudicabis aliquē infirmum esse in declinatiōe
febꝛis ex eo qꝛ debiles habet virtutes omnes
ex inoꝛdinato regimine in sex rebus non natu
ralibus ⁊ pꝛecipue ex accidentibus anime eti
am𝔮ꝫ ex cibo ⁊ potu potest moꝛi Ideo𝔮ꝫ dicit
Arnaldꝰ de villa noua in parabulis suis: debi
les ⁊ incauti cito recidiuant Similiter𝔮ꝫ quis
infirmus pōt moꝛi non in cōualescencia vel de
clinatione in paucis hoꝛis quia contingens ē
aliquem infirmum habere fluxum ventris cre
ticum ex humoꝛe pessimo venenoso et ad iu-
dicium medicoꝛum ⁊ infirmi videtur esse in
manifesta declinatione ex omnibus signis pꝛe
cipue ex vrina ⁊ pulsu ab aliqua causa occul-
ta uel manifesta retinetur talis fluxus de illo
humoꝛe pessimo ⁊ venenoso virtus regitiua
non potens illū humoꝛem recte regere fit trās
mutacio mala vel permutacio ad coꝛ ⁊ subito
interficit vel si ille humor transmutaꝛ̄ vel per-
mutatur ad cerebꝛū potest causare spasmum
vel aliquod apostema in cerebꝛo et hoc secun
dum diuersitatem illoꝛum humorum peccan-
cium ⁊ vt plurimum omnes moꝛiuntur quia
cerebꝛi virtutes sunt valde debiles pꝛopterea
Auicenna in vero cōualescente timet infirmū
debilem surgere ad asellam ne moriatur vt pa
tet fen. ij. quarti Ex his dictis ⁊ notatis pos-
sunt solui argumenta facta ⁊ remanent questi
ones superius dicte ⁊ declarate ⁊ remanēt elu

cidata signa pestilencie vltimo posita Est au-
tem aliud signum in pacientibus febꝛem pesti-
lencialem quia sūt aparentes multitudo diuer
soꝝ vermium pꝛecipue in pueris Aliud signū
est qꝛ multotiens tussis sicca valde eos mole
stat Aliud sigum quia demōstrant secūda vel
tercia die moꝛbilli nigri violatij vel rubei ⁊ si-
gnificāt maximā coꝛruptionē in massa sangui-
naria ⁊ potissime nigri ⁊ ē significatio moꝛtis
vt plurimū Auicēna aūt dicit cū febꝛe pestilē-
ciali accidit hothoꝛ subalbida idest cinerea vl'
rubea ⁊ quando𝔮ꝫ est velocis occultacionis
quia ex defectu virtutis apparent materie ⁊
delitescunt Aliud signū est ꝙ accedūt cola id
est vlcera oꝛis ⁊ pustule ex coꝛruptis humoꝛi
bus tangentibus ptes oꝛis ⁊ in alijs partibus
coꝛpoꝛis in febꝛibꝰ pestilencialibꝰ vlcera pꝛa-
ua apparere possunt Aliud signū est bubones
appaꝛētes in emūctoꝛijs membꝛoꝝ pꝛincipa-
lium carbunculi autem ⁊ antraces ⁊ alie pus-
tule maligne scaram facientes sunt aparentes
in alijs locis tocius coꝛpoꝛis ꝙꝫ in emūctoꝛijs
Aliud signum est in secūda ⁊ tercia die balbu-
cies in loquela vel stupoꝛ mentis desipiencia
et isti vt plurimum moꝛiuntur Ex hijs signis
enarratis quis medicus facilime iudiciū face
re poterit ꝓnosticum de moꝛte ⁊ vita infirmi
ꝙꝫuis Ipocras dicat contrariū acutoꝝ moꝛ-
boꝝ nō omnino fiunt certe ꝓnūctiaciones ne
𝔮ꝫ salutis ne𝔮ꝫ moꝛtis Tamen si medicus cū
pꝛudencia ⁊ bona stimatiua enumerat signa
mala ⁊ signa bona ⁊ ea calculare sciat que sūt
plura in virtute ⁊ quantitate discreta ꝓnosti-
cum certum faciet de moꝛte ⁊ vita iuxta illud
dictum Ipocratis tercio ꝓnosticoꝝ ⁊ si robuꝛ
⁊ cōstantia egri ⁊c

Capitulum octauum in quo fiet decla
ratio que coꝛpoꝛa maioꝛē dispositionē
⁊ aptitudinem habent ad febꝛem pesti-
lentialem in currendum



AD declarandum huius capitu
li veritatem pꝛemittendum est
dictū Aristotilis in libꝛo de ge-
neratione ⁊ coꝛruptiōe ꝙ nulla
causaꝝ actiuaꝝ nata est agere si
ne aptitudine pacientis ꝓbat Galienus inpri
mo de differēcijs febꝛium nam si hoc non sit

veꝝ oīs q moꝛam traberēt ī sole estiuo febꝛi
citarent ⁊ onmes qui exercitium facerent im-
moderatum amplius ꝙ̄ ſit neceſſarium aut vi
num biberent aut iraſcerentur ⁊ omnes q ba-
bitarent in diebus canicularibus circa canis
oꝛtum febꝛicitarent Similiterqꝫ omnes ſtan-
tes vbi peſtilentia viget febꝛe peſtilenciali in
firmarēt: conſequens eſt abſurdū ⁊ apparet
cōſequentia nam in omnibus enarratis agēs
⁊ cauſa effectiua eſt eadem ſi non requireret
diuerſitas ex parte pacientis ita vnus febriret
ſicut alter ideoqꝫ bonā inducit Galienꝰ cōclu-
ſionem capitulo allegato dicens maxima par
ticula ideſt cauſa generationis egritudinis eſt
paſſuri coꝛpoꝛis ꝓparatio. faciliter quis poſ-
ſet contradicere huic dicto nam nullū cōtrari
um babet diſpoſitionem ad aliud contrarium
vt frigidum nullo modo eſt diſpoſitum ad cali
dum tamen videmus ꝙ calidum facit frigidū
vt ignis ex aqua facit ignem Dicendū eſt ꝙ
aptitudo eſt duplex Quedam eſt ꝓpinqua ⁊
ſpecialis que bꝛeui tranſmutatione ad actū de
ducitur quia aliquid diſpoſitionis ⁊ inclinati
onis eſt in paſſo verſus naturam agentis Alia
eſt aptitudo remota ⁊ generalis que requirit̄
in omnibus adinuicem paſſibilibus tranſmuta
bilibus ⁊ iſta non bꝛeui tempoꝛe tranſmutati-
onis reducitur ſed multa indiget tranſmutati
one ⁊ in bac aptitudine nō eſt inclinatio ver-
ſus agens extra aptitudinem generalem q̄ eſt
in omnibus tranſmutabilibꝰ adinuicem ⁊ ſic
vnum contrariū aptitudinem babet ad aliud
contrarinm generalem ⁊ remotam ideo non
ē de facili trāſmutatiōe trāſire bꝛeui ī aliud cō
trarium: Quamuis omnia coꝛpoꝛa babeāt diſ
poſitionem ⁊ aptitudinem generalem ⁊ remo
tam ad peſtem ſed Galienus ⁊ Auicenna de-
clarant que coꝛpoꝛa bumana babēt maioꝛem
diſpoſitionem ⁊ aptitudinem ſpetialem ⁊ pro-
pinquam ad incurrendum peſtem Dicendū
eſt cum Galieno pꝛimo de differencijs febꝛiū
ꝙ generaliter coꝛpoꝛa inmunda plena ſuper-
fluitatibus babentia vitā pigram ⁊ copioſe co
medētia multiplicantia ſuperfluitates ⁊ coitu
vtencia ⁊ alia inoꝛdinata pꝛaua in ſex rebꝰ nō
naturalibꝰ fatientia .talia coꝛpoꝛa babent diſ-
poſitionem ⁊ aptitudinē ⁊ ꝓparata ſunt ſpeci-

aliter ⁊ de pꝛopinquo incurrere febꝛes putri-
das ⁊ parata moꝛi quātomagis febꝛē peſtilen
tialem quia diſpoſita ⁊ pata ſunt incurrere bu
moꝝ putrifactionem .ad boc autem magis diſ
poſita ſunt coꝛpoꝛa calida ⁊ bumida vt ſagui-
nea .deinde poſt calida ⁊ ſicca vt colerica .de
inde poſt frigida ⁊ ſicca .vltimo vero coꝛpoꝛa
babentia temperamentum in cōplexione ſunt
minus parata qa putrifactioni magis reſiſtunt
qa ab extremis ⁊ per cōſeqꝰens ab occaſio-
nibus magis remotiſſima Coꝛpoꝛa autē mun
da ſecundum medicos dicuntur illa que in bu
moꝛibus ſuis non excedūt quantitate nec qua
litate nec vtroqꝫ modo vt Galienꝰ in libꝛo de
euchimia tale foꝛte agēs ī coꝛpoꝛibus mūdis
non inueniens reſiſtentiam in ſua actione non
agit in illa coꝛpoꝛa coꝛrūpendo ſed ſolum mo
dicum illa alterādo ⁊ non terminatiue in illis
coꝛpoꝛibus agēdo vt ſunt coꝛpoꝛa ſanguinea
carnoſa plena bonis bumoꝛibus Sed in coꝛ-
poꝛibus plenis malis bumoꝛibus agens coꝛ-
rumpendo agit vt ſunt coꝛpoꝛa cacochimia y
dropica artetica ⁊ ſplenetica ⁊ cronicis moꝛb̄
egra ⁊ coꝛpoꝛa nutrita mlˀtis ⁊ malis cibis vt
ſunt mulieres plurime ⁊ illa coꝛpoꝛa que fruc
tibus ⁊ oleribus crudis veſcuntur ⁊ coꝛpoꝛa
inmunda viuentia vt pauperes ⁊ coꝛpoꝛa gu
loſe viuentia ⁊ multe cōmeſtionis ⁊ multi po-
tus vini Etiamqꝫ ad peſtem diſpoſita ſunt coꝛ
poꝛa tenera ⁊ multū bumida vt ſunt infantes
⁊ pueri ⁊ mulieres iuuenes Ideoqꝫ tales in
pꝛincipio peſtis pꝛimo incipiunt moꝛi. deinde
coꝛpoꝛa gratilia colerica dilatatoꝝ poꝛoꝝ in
quibus multus caloꝛ ineſt vt ſunt iuuenes vi-
ri ⁊ mulieres iuuenes circa menſtruoꝝ erupti
onem Circa bec dicta mouent doctoꝛes queſ
tionem Utrum coꝛpoꝛa dilatatoꝝ poꝛoꝝ ſint
magis apta ledi a febꝛe peſtilēciali coꝛpoꝛibꝰ
ſtrictoꝝ poꝛoꝝ vt Auicēna dicit pꝛima quarti
ꝙ coꝛpoꝛa dilatatoꝝ poꝛoꝝ ſunt magis para-
ta ad febꝛem peſtilencialem ⁊ ratio eſt qa ipſa
coꝛpoꝛa magis videntur ledi ab aere peſtilen-
tiali quia plus de illo aere peſtilentiali attra-
bunt ⁊ cōfirmatur quia illa coꝛpoꝛa plus ledū
tur ab aere putrido peſtifero que in ſe babent
diſpoſitiones magis pꝛopoꝛtionabiles putre-
dini ſed talia ſunt coꝛpoꝛa dilatatorum poꝛoꝝ

⁊ non strictoꝝ quoniā talia sunt corpora cali da ⁊ humida quoniā largitas ⁊ extensio poro rum fit a calido ⁊ humido quia humiditas est causa putrifactionis caliditas autē causa effec tiua In cōtrariū est Galienus primo de diffe rentijs febrium capitulo quinto paraffo Sup ponatur in exemplo vbi dicit ꝙ corpora stric toꝝ poroꝝ sunt magis apta incurrere pestilen tiā ⁊ Ratio sua est quoniam in corporibus cō strictoꝝ opilatoꝝ ⁊ densoꝝ pororū est maxima dispositio ad putredinē ꝓpter prohibitam trās pirationē q̄ maxima causa putredinis ē vt .xi. terapentice Galienus ⁊ cōfirmatur ꝙ illa cor pora densa ⁊ strictoꝝ poroꝝ diutius aerem at tractum putridum pestiferum retinent .corpo ra autem dilatatoꝝ poroꝝ sicut citius illum ae rem attrahunt ex largitate viarum illū cito ex pellunt .sequitur ergo ꝙ corpora strictoꝝ po roꝝ plus leduntur ab aere pestilentiali Licet in hoc quesito sint alie solutiones longitudini vero parcens non curo scribere Nisi solutio nem quā omnes acceptant doctores dicentes ꝙ strictura poroꝝ est duplex .quedā est stric tura poroꝝ naturalis que reperitur in corpori bus frigide ⁊ sicce cōplexionis ⁊ huic strictu re opponitur largitas naturalis que in corpo ribus calidis reperitur Dicendū ergo est ꝙ talia corpora habentia strictos poros minꝰ le duntur ab aere pestilentiali putrido vt Rasis xvꝰ continentis ait ꝙ corpora frigida ⁊ sicca melius tuentur ab aere pestilentiali ⁊ ratio q̄a corpora dilatatoꝝ pororū plus attrahunt de illo aere propter viarum largitatem propter multum calidū vel maximum calidum eoꝝ vt calidū euentet cōtrariū est de corporibꝰ stricto rum poroꝝ Item quia corpora dilatatoꝝ po roꝝ sunt calida ⁊ humida apta putredini sed il la que sūt strictoꝝ poroꝝ naturaliū sūt cōplex ionis frigide ⁊ sicce putredini resistētia Ex his dictis apparet ꝙ iuuenes ⁊ fortes viri pestilē tiam amplius incurrāt ⁊ prius moriūtur q̄ꝫ se nes ⁊ causa manifesta est ꝓpter largitatem vi arum ⁊ plus necessitantur ad attractionem ae ris putridi ea ratione Auicēna ⁊ alij doctores in p̄seruatione a pestilentia ꝓhibent vinū bal nea ⁊ tollerare sitim vt nō augeatur caliditas in corpore ne cogantur multum aerem attra

here Alia est constrictio pororum que est prop ter opilationem ex multis ⁊ malis humoribus huic cōstrictioni opponitur dilatatio pororum ⁊ priuatio replexionis certū enim est ꝙ citius incurrunt febrem pestilentialē corpora haben tia stricturam pororum accidentalem ex mul tis ⁊ malis humoribus repleta ⁊ opilata cum habeant multas causas causandi putredi nem corpora autem habentia dilatationem po rorū sine tali repletione et opilatione non in currunt nec sunt apta incurrere febrem pestilē tialem Et nota secūdū gentilem ꝙ vera febris pestilentialis q̄ fit ab aere pestilentiali et vene noso extrinsico dispositiue et cōpletiue magis incurrunt talem febrem pestilētialē corpora ra ra dilatatarum viaꝝ quoniam habent facilem introitū aeris maligni et quamuis ad intra nō sint parata nec disposita .incursus autem in fe brem pestilentialem totus dicetur ab aere ex trinsico maligno generaliter in omni peste nūc dicta .corpora inmunda sunt plus disposita in currere febrem pestilētialem et parata mori q̄ꝫ corpora mūda vtiq̄ꝫ clarissime in ātedictis di lucidatum fuit:nō autē dicta corpora sunt dis posita ad pestē causatā a radice solū superiori propter duas causas:sed propter vnā causam quā nunc dicemus et est dignum amplius de clarare nam corpora strictoꝝ poroꝝ non sunt magis apta vel disposita incurrere pestilentia lem febrē a radice superiori q̄ꝫ corpora dilata torum poroꝝ quia equaliter oīa corpora ha bent aptitudinem et dispositionem incurrendi febrem pestiferam a radice superiori tantū ꝓp ter dispositiones enarratas superius ex eo q̄a prouentus epidimie a radice celesti est ex for mis siue imaginibus celi sicuti superius āplis sime fuit declaratum Concludendum est ꝙ corpora que abintra sunt oppilata ex mul tis malis humoribus et ab extra aerē extrin sicum malignum accipiant illum dispositiue et conpletiue habebūt aptitudinem et dispositio nem incurrendi febrem pestilētialem a radice inferiori solum vel a radice inferiori cōiuncta superiori et hoc est ꝙ dicit Galienus in libro de optima habitudine capitulo vltimo dicēs ꝙ corpora rara sunt magis parata pati a cau sis extrinsicis sed corpora depressa a causis

intrinsicis ⁊ per hec notata facillime possunt
solui argumēta ad utrāq̧ ꝑtē ꝯclusionis facta

Capitulum nonum demōstrans iudici
um ⁊ veritatis causam euētus febris pe
stilētialis in hominum corpibus ꝓpter
contagium ipsis eueniens



Ignū est inquirere si febris pe
stilēcialis in hominū corporib⁹
ꝑ cōtagium euenire possit siue
talis febris pestilencialis eue-
niat ipsis a causa ⁊ a radice su-
periori siue a radice inferiori uel a duabus ra
dicibus coniunctis nā vnus homo habens fe
brem pestilētialē potest inficere homines cō-
uersantes ⁊ stantes cum infecto etiāq̧ potest
īficere aerem camere ⁊ domum vbi habitat ⁊
sic ꝑtransit de vno homine ad aliū ⁊ de vna
domo ad aliam ⁊ perducitur ille aer pestilenti
alis pernitiosus ꝑ totā ciuitatē ⁊ inde inficiū-
tur homines illius ciuitatis ⁊ moriunt̄ ex hoc
contagio coadiuuāte specifica virtute ꝑ influ-
entiā proueniente a radice superiori stellarum
vel etiam ab aere maligno venenoso inducto
a radice inferiori ⁊ multo magis quando aer
malignatus ⁊ venenosus factus est a duabus
radicibus dictis simul cōiunctis hac de causa
⁊ ratione concludere poterimus ꝙ citius ho
mo infectus sub duplo inficit sanum hominē
tempore pestis q̄ȝ aer infectus venenosus infi
ciat eum ratio euidens est q: duplicatur causa
nā homo dispositus est recipere aerē pestiferū
per cōtagium ⁊ aerem malignū ꝓductū a ra-
dicibus dictis: ecce duplicatam actionis cau
sam vt clare demōstrat Galien⁹ primo de dif-
ferentiis febriū inquiens: ⁊ quoniam pestilētia
scilicet aeris cōstitutio attulit febrem nec hoc
ignorat qui participat intellectu ⁊ q conuersa
tur cum hijs qui pestilentiam patiuntur fallax
eteni periculū est ꝙ ꝑtranseat sicut scabie ali
qua ⁊ obtalmia: fallax etiā ē ⁊ cum hijs qui a
tisi possidēt ⁊ mordētur ⁊ vniuersaliter qui
cunq̧ putride spirant vt ⁊ domus in quibus
iacent putride existāt: Ad contagium autem
maiorem dispositionē ⁊ aptitudinem hn̄t illa
corpora q̄ superius dicta sunt habere aptitudi
nem ad pestē ꝓuenientem a quacunq̧ radice
Propterea qui fugiūt a loco vbi pestis viget
euadūt ab ea p̄cipue si fuga ē a principio prin
cipij pestis anteq̄ȝ infectionē ab aere maligno
causato a radice vl' a radicib⁹ vel ab aere ve-
nenoso per cōtagium infecto incurrāt ideo ysa
chielis. vij. capi. ait ⁊ q fugerit a peste euadēt
Amplius Rasis quarto ad Almansorem dicit
terra in qua antrax. ⁊ pestilentia fiūt fugenda
est ⁊ idem Auicenna est egritudo que de vno
ad aliud ꝑtransit sicut lepra scabies ⁊ alie De
mum ⁊ etiā tempore epidimie illi qui steterunt
in loco infecto fuga non est hora tuta nec illi
etiaȝ qui fugiendo transiunt ꝑ loca infecta ve
niēs ad loca sana scito infitiūt̄ ⁊ moriunt̄ Sū
mo ergo opere tria in fuga a peste obseruanda
sunt Primū est ꝙ quando in aliquo loco vel
villa vl' ciuitate videris vl' audieris aliquādo
hoīeȝ ex peste mori statim fugā facias Secū
dum est ꝙ in partes longinquas fugias ad lo
ca sana illoꝝ locoꝝ opposita Tertiū est ꝙ tar
de ad loca illa redeas vel ꝑuenias vbi pestis
ml'titudinē hōm īuasit nō solū ergo fugiēdū ē
ꝓpter contagium sed vt euitet̄ terror morien
tiū ⁊ ymaginatiua quiescat Cōsiliū vero doc
torum est ꝙ si pestilētia vel epidimia a radice
superiori tantum stellaꝝ fuerit ad loca inferio
ra aquosa humida est fugiendū q: in talib⁹ ē
aer grossior ⁊ ratio q: non faciliter imprimit̄
īfluētia stellaꝝ in aere grosso sicut in subtili vt
Auicenna. ij. f. p̄. d. ij. capitulo de naturis tem
porum ꝙ ꝓbat sensuale iuditiū ⁊ rationabile
nam incarcerati ⁊ homines inclusi ⁊ mulieres
religiose incluse non habitantes nec participā
tes cum extrinsicis ⁊ similiter in locis paludo
sis operti ⁊ grossi aeris comorātibus sūt tuti
a pestilentia ⁊ ꝓpter hanc causam dicit Aui-
cenna. ij. p̄. capitulo de aere bono Cum vero
aeri acciderit putrifactio cōmunis tunc disco
pertus ipsum magis recipiens erit q̄ȝ strictus
⁊ occultatus Si autem pestilentia ortum ha-
buerit a radice īferiori tunc fugiendum est ad
loca montanosa alta subtilem aerem habētia
⁊ dimitenda sunt loca grossi aeris: Cōsiderā-
dum tn̄ est vt experiētia demōstrat ꝙ post tē-
pus aliquot radicis superioris ꝓducētis vl' a
gentis pestem radix inferior radici supiori cō-
iungitur pestem agens tamq̄ȝ effectus ad suā
causam nam post sex menses sequitur a radi-

ce superiori indispositio tempoꝝ anni ⁊ aeris
grossicies ⁊ nebule fetide plurime ⁊ hũiditas
in aere ⁊ lẽta caliditas ⁊ calor solis pallidus
cũ oritur ⁊ putrifactio ⁊ corruptio in substãtia
aeris efficitur ⁊ sic dupla causa pestis erit per
cõsequẽs ex ea multi homines moriunt̃ q̃ȝ ex
prima radice tantum Propterea aliqui doc-
tores dixerunt q in primis duobus mensibus
scilicet quãdo pestis causata est a radice supe
riori ad loca inferiora profunda fugiẽdum est
In alijs vero secundis mẽsibus in locis altis
⁊ subtilis aeris morandum est In vltimis aũt
mensibus sepe facere mutationem loci ⁊ nõ fa
cere longam moram in vno loco sed locũ mu
tare sepe de duobus in duobus mẽsibus Ego
autem dico q non est regula certa q post du-
as menses radix inferior cõiungatur radice su
periori nam secũdum diuersitatem influxus ce
lestis erit diuersus effectus in istis inferioribꝰ
propter aliam ⁊ aliam cõiunctionem planeta
rum in signis etiamq̃ȝ ꝓpter diuersum modũ
eclipsis solis ⁊ lune in signis sicut experientia
demõstrat̃ nã in aliqua pestilẽtia nunq̃ȝ radix
inferior coniungitur cum radice superiori In
alia vero pestilentia cito coniungitur ⁊ in alia
tardatur sicut per me visum pluries fuit ⁊ ex
pertus sum in ciuitate romana in pestilẽtia an
ni M.cccc.xciiij.nam anno M.cccc.xciiij.in
principio mensis agusti pestis manifeste appa
ruit ⁊ inuasit multitudinem hominum per sex
menses ⁊ per amplius tempus sed tamen in
primis tribus mensibus fuit fortis pestilentia
⁊ post diminuendo valde ꝓcessit in alijs tri-
bus mensibus ⁊ nunq̃ȝ radix inferior fuit con
iuncta radici superiori sed semper illis mensi-
bus dictis a radice sↄ̃piori celesti pestis in ho
minibus vrbis romane influxa ⁊ duratura ste
tit ⁊ lente ꝓcessit ⁊ non ex toto desinit effec-
tum facere suum vsq̃ȝ ad mẽsem Junij M.cc
cc.xciiij.in quo mense pestis manifeste inuasit
multas gentes huius ciuitatis quia cõiuncta
fuerat radix inferior cum radice superiori ⁊ in
ista pestilentia multi senes mortui fuerunt iu-
uenes ⁊ pueri pauci post radix inferior cũ ra-
dice superiori cõiuncta fuit: ꝓpterea q: ꝑ totũ
mensem Maij pluuie magne effecte fuerũt in
superficie autẽ terre etiamq̃ȝ in visceribꝰ eius
putrifactio ⁊ corruptio causata fuit ex q̃bus
vapores putridi ⁊ corrupti a calido eleuati ⁊
ꝑmixti cũ subãstia aeris putrifactio ⁊ corrup
tio in eo ꝓducta fuit ex qua multaꝝ febriũ pu
tridarum continuaꝝ diuersaꝝ specierum scili-
cet emitritarum ⁊ aliaꝝ continuaꝝ composita
rum ⁊ interpolataꝝ scilicet tertianaꝝ ⁊ quar-
tanarum generatio multipliciter stetit ⁊ acci-
dentium terribilium in dictis febribus innu-
merabilis inuasio: Ex hijs dictis q̃s cõclude-
re poterit cõplicationis radicis inferioris cum
radice superiori nõ esse tempus determinatũ.

Capitulum.x.in quo fiet ostensio de ꝓ̃ser
uatione et precustodia corpoꝝ humanoꝝ
ne incidant in epidimiam vel pestilẽtiam.

PRo recta intelligẽtia huius ca
pituli accipio fundamentum a
Galieno tertio tegni illo cano-
ne de hinc vero dicendũ est de
eis quecunq̃ȝ secundũ priorem
orationem accipiebamus vocatur autem ꝓ̃ser
uatiua: Haly autẽ in cõmento declarat dicẽs
cum causis cõseruantibus preteritis conserua
tur cum eis corpus et facit eum euadere a ca
su in egritudinem ideo attensione dignum est
q tã cause cõseruatiue q̃ȝ etiã effitientes sani
tatem de qua cõsiderat medicꝰ est duplex vna
est principalis sicut anima vel virtus ⁊ de tali
nõ est sermo: Altera autem est instrumentalis
⁊ hec etiã est duplex in trinsica siue corpora-
lis sicut ↄplexio cõpositio et spiritus q̃ intrin
sice sunt cause conseruantes ⁊ efficientes sani
tatem: Altera vero est extinsica vt aer cibus
potus ⁊ cetera ⁊ de tali in proposito nostro
erit sermo vt declarat Galienus tertio tegni
vbi tradũtur canones debiti approximandi
causas conseruantes et causas efficientes id-
est producentes sanitatem An cause sanitatis
cõseruatiue sint tempore et dignitate priores
causis efficientibus vl' ꝓducentibus quas an
tiqui causas recuperatiuas vocabãt: cõcludit
autem galienus in locis nunc dictis q conser
uantes sunt priores et cetera: Sciẽdum ãpliꝰ
est q cause cõseruatiue sanitatis ille intelligen
de sunt q̃ debite aproximate corpori humano
sub eadem et consimili dispositione illud ꝑma

nere faciunt Cause autem efficientes vel pro
ductiue scilicet preseruatiue que cōtra conser
uantes distinguūtur corpus humanū sub ea-
dē vel consimili nō permanere faciunt dicimꝰ
autem causā conseruatiuā tempore ⁊ dignita
te priorem quia habet habitudinē et confor-
mitatem ad humanum corpus ⁊ eius disposi-
tionem priorem alijs causis . ideoq₃ causā istā
tempore digniorem idest ꝑfectiorem appella-
mus q̄ digniori ⁊ perfectiori corporis disposi-
tioni proportionatur ⁊ corpori correspondet
⁊ quia hec dicta theorica sūt ⁊ nō practica nō
curamus amplius prolongare sed solum est di
cendū de causis recuperatiuis vel ꝓducētibꝰ
sanitatem que vocantur cause preseruatiue qa
faciunt corpus humanū a casu in egritudinem
euadere vt supra canone ⁊ commēto allega-
tis Causa ergo preseruatiua pestilentie est du-
plex Prima enim est recurrere ad deum bene
dictū ⁊ gloriosam virginem mariam humilian
do animas nostras de cōmissis peccatis cōfitē
do cum contritione penitentias agendo cū de
uotis orationibus ⁊ lacrimis iram dei mitigā-
do ⁊ si fecerimus mortē nō timebimus ⁊ hoc
est maximum remedium nō timere mortem cū
pestilentia ꝓueniat multotiens ab ira dei sicut
dictum est superius in . ij . capitulo auctorita-
te Auenzoar . similiterq₃ a Galieno in commē
to illius canonis primo ꝓnosticoꝝ est quod-
dam celeste ⁊c̄ ꝙ quibusdā videtur ꝙ egritu-
dines accidunt hominibus ex ira dei qui bene
dictus est ⁊ sublimis . ideoq₃ dicit in canone
nōne illius est vt futuꝝ periculū vl' omnino ꝓ
hibeat mitigādo iram dei vel cū cōpetenti ami
niculo idest medicamine tollerabilius fiat scili
cet quādo medicus certam intelligentiam ha-
buerit ꝙ pestilētia a causa celesti idest a deo nō
proueniat tunc ei medico necessariū erit vti re
gulis medicinalibus cum cōpetenti medicami
ne scilicet cum regimine ꝑseruatiuo ⁊ curatiuo
vt doctores medicinam practicantes vtuntur
⁊ in codicibus suis scripserunt Secūda causa
ꝑseruatiua est duplex nam quedā est quando
quis incipit febrire febre pestilentiali a princi-
pio principij illico succurrendum est cū regimi
ne preseruatiuo prohibendo corruptionem hu
miditatum cordis dum sūt in via corruptionis
ne confirmetur prouidere periculum eius im-
pressionis ne ad terminum ꝯfirmationis attin-
gat quia quādo cōfirmata est in eis corruptio
est difficilis cura ⁊ quasi incurabilis . verū qa
cura que debetur morbo in fieri debet esse con
mixta ex cura preuisiua ⁊ aliquātulum curati-
ua vt Galienus scribit tertio tegni . canone ad
manifestos v̊o egros ⁊ canone vnū commune
habentes ꝑceptum vnāquāq₃ causam abscin-
dere oportet prius deinde venire ad eam que
facta est idest quando in febre pestilentiali fac-
ta est corruptio tunc vti debet medicᵘˢ cura cu
ratiua ⁊ aliquātulum preuisiua Alia causa pre
seruatiua est cum corpora humana dispositio-
nem habeant ad incurrendū febrem pestilenci
alem eueniet pestilentia siue illa ꝓueniat a ra-
dice superiori siue a radice inferiori vel a radi-
ce vtraq₃ coniuncta . sed illa corpora que ma-
gis ac magis ꝑparata sunt ⁊ promtissimam ha
bent dispositionem incurrendi febrem pestilen
cialem sicuti declaratū fuit in capitulo superio-
ri in talibus multū necessarium erit vti regimi
ne preseruatiuo Cōpletur autem hec ꝑserua-
tio siue ꝓuisio dupliciter primo cū hijs que au
ferunt causam ꝑmitiuā scilicet aerem pestilenci
alem . secundo cum hijs q̄ abscindunt causam
antecedentem ⁊ corpis dispositionem . nā cau
se primitiue ⁊ antecedētis abscisio regimini ꝑ-
uisiuo idest preseruatiuo cōuenit . nā dicit Ga
lienꝰ . iij . tegni alteratur corpus a qbusdam ex
necessitate a quibusdam vero non ex necessi-
tate . dico autem ex necessitate quidem quibꝰ
impossibile est ip̄m non approximare neq₃ sem
per incōtinenti immorari . commedere ⁊ bibe-
re ⁊ vigilare necessarium est ei gladijs vero ⁊
bestijs nō necessariū est vti vn̄ in ꝑmo genere
causaꝝ circa corpus ars conficitur circa vero
secundum nequaq₃ . ⁊ postea Galienꝰ enume-
rat has causas quoꝝ singulū si indigenti corpi
adducatur ⁊ in cōpetenti quātitate ⁊ qualita-
te salubre fit . nichil vero indigenti omnino ob
latum aut non in cōpetenti mensura ⁊ quātita
te egrum constituit . est etiam sententia aristoti
lis in decimonono ꝓbleumatū ꝓbleumate tri
cesimo octauo . dicentis laborantes ⁊ bibētes
⁊ commedentes ordinate saluamus ⁊ augemꝰ
naturā ⁊ virtutem; inordinate autē rumpimꝰ

⁊ stupefacimus ipsam Causarum ergo primitiua
rum preseruatio siue preseruatio in sex rebus nō na
turalibus existit ⁊ suis annexis sub quibus ne
cessario tota vita humana ducitur peragenda
q̄ sūt. aer primo. secundo cibus ⁊ potus. tertio
somnus ⁊ vigilia. quarto mot⁹ ⁊ quies. qn-
to inanitio ⁊ repletio: sexto accidētia aīe: exer
citium vero balneū coitus cum alijs est de an
nexis ⁊ primo de aere

Capitulū. xi. in quo fiet ostēsio q̄ aer est pri
ma res nō nālis pseruatiua dispositionis cor
poris hūani a pestilētia. si debito ⁊ ꝯdecenti
modo administretur: si vero econtrario de-
structiua ⁊ corruptiua ipsius erit



Dicendū ergo est q̄ tpe pestilētia
li de q̄cunq̄ cā siue radice ꝓce-
dat qn̄ minus possibile erit aer
exterior attrahaī siue īspiraī ad
intra corp⁹ cū oīs talis est alte-
ratus ⁊ infect⁹ ⁊ venenosus corrūpens ipūs
cordis ⁊ post putredinē in humorib⁹ ībālibus
cordis ꝓducens: ꝓpterea est valde necessariū
hoībus mutationē facere de regione vel ciui-
tate vl' loco vbi pestis viget vl' est futura fieri
muteī ad locū vbi nō est pestis si possibile est:
⁊ notāter dico min⁹ quo possibile erit nō inspi
retur aer exterior ⁊ discoopertus ī pestilētia aq̄
cūq̄ radice ꝓueniēte sed multo min⁹ inspireī
aer exterior ⁊ discoopertus a radice celesti fac-
ta: verūtamē magis malitiosus est aer superior
existens ⁊ directi⁹ aspicit hoīes ⁊ ipsi tali aeri
nudo existētes in loco alto expositi cū minori
alteratiōe medij ⁊ sine sue malitie ⁊ influētie d
ꝑditione in tales hoīes agūt: nā agēs fortius
agit in passum ꝓpinquū dispositū q̄ȝ in distāti
vt aristotiles. ij. de gene. ⁊ corrup. ⁊ Auicēna
in de viribus cordis capit. de iacinto ⁊ tūc de
bet fieri mora in domib⁹ vl' locis ꝯcauis ⁊ infi
mis ⁊ subterraneis cū sit ibi aer grossior ⁊ fri-
gidior: nec in h° obstat ratio dicentiū talem epi
dimiā ex multiplicatione radiorum a causa cele-
sti ꝓuenisse ⁊ in aere grosso magis multiplica
ri q2 ille talis aer grossus qn̄ calefit forti⁹ cali
ditas in eo remanet q̄ȝ in aere subtili: vtiq̄ in
fero calefactio Itē q2 in locis ꝯcauis radij for
tiores fiūt vtiq̄ in speculo ꝯcauo a quo incen
ditur ignis: iste aūt rationes nō ꝯcludunt ve
ritatē: pmo q2 qn̄ epedimia ꝓuenit a causa su
periori celesti imprimit suā influentiā ꝓprieta
tiā in aere ꝓpinquo ⁊ subtili q̄ȝ in aere lōgin-
quo ⁊ grosso nā ꝓpter ei⁹ subtilitatē facilius
in eo penetrat ⁊ recipit illaȝ speciē illius influ
ētie ꝓprietarie q̄ȝ ī aere grosso cū sit in maiori
distātia nō habet potētiā vl' virtutē penetrādi
illum aerē grossum vt p exemplū videm⁹ qn̄
nubes grossa in regione aeris apparet lumen
solis nō valet penetrare ⁊ p ꝯsequens nobis
nec lumē nec calorem inducit q̄ȝq̄ȝ influentia
in locis infimis aliquātulum penetret non tn̄
ita faciliter illa species influentie imprimi nec
causari pōt in aere grosso sed pōt caliditas de
bilis esse causa eleuationis vaporum malorum ab
aqua ⁊ terra ⁊ in sursum eleuatorum permixtorum
cum substātia aeris possunt causare in ea sub-
stātia aeris corruptionē nā a debili calido cau
satur putrifactio a fortiori aūt adustio ⁊ in ci-
neratio: vel qualitatiue in eo aere augmētare
scilicet caliditatem frigiditatem humiditatem
vel siccitatem q2 hec sunt superius declarata
per eorum elucidationeȝ poteritis videre verita
tem huius dubij: Alterius est magis notādū
q̄ medicus volens corpora hominum a pesti
lentia preseruare aeris dispositionem: ⁊ quali
tatem considerare debet iuxta sententiam Ha
ly Abbatis dicentis: necessario inheret medi
co aeris agnoscere habitudines: singulis tem
poribus ⁊ singulis locis ⁊ causas q̄bus immu
taī: etiamq̄ sensit Ypocras in libro de aere ⁊
aqua dicēs si q̄s ad medicīe statū accedeī ve
lit necesse est pus vt anni tēpora ⁊ q̄ in eis ge
nerantur attēte regrat: idē in libro de lege ait
Ipocras cōgruit enim si q̄s velit medicinalē
scientiā vere doceri participē esse debet natu
re discipline doctrine loci aptitudinis laboris
⁊ temporis ⁊ ꝓpterea Galien⁹ in libro de sec-
tis inq̄t: rationabiliī medic⁹ debet scire natu
ras hoīm aquarum ⁊ locorum ⁊c̄. Auicēna quoq̄
in. ij. p. medicus debet scire tempum diuersita
tem que vno quoq̄ climate cōmoueri solet p
naturā enim tpm anni extat sanitas plusq̄ȝ p
alias cās: Auer. vero. ij. colliget ca. vltimo te
stificat dicēs ꝓpter hāc cāȝ medic⁹ in pseruatiōe
a pestilētia optimas qualitates eligere docet
⁊ nocentes eius dispōnes corrigere ⁊ rectifi-

care possit q̃ incõueniẽtes sunt bonas eligere
Jdeo Auicenna in .ij .primi scribit aer vero
dum est tempatus ꝛ clarus neq̃ substantia ex
tranea cõplexioni spiritus cõtraria ei admisce
tur est sanitatem efficiens ꝛ ipsam conseruans
cum vero est ecõtrario cõtrarium operatur ꝛ
infra subiũgit .aer bone substãtie ẽ ille cui nõ
admiscetur neq̃ ex vaporibus neq̃ fumis res
extranea ꝛ q discoopertus est celo est ille cui
non admiscetur neq̃ ex uaporibus neq̃ ex fu-
mis ꝛqui discooptus est celo neq̃ cõstrictus
in parietibus siue muris qui pmanet clarus ꝛ
longinquus a loco in quo oriuntur caules ꝛ
eruca aut nuces aut ficus ꝛ ab oleribus putri
dis ventis insufflantib⁹ .cui concordat Haly
abbas .v. theorice capitulo .x. inquiens ae-
ris cõplexionis immutatio ꝓpter vapores hu
iusmodi sũt si enim habitatio sit in loco in quo
stagna ꝛ paludes sint oleraq̃ et arbores pu-
tridi sessioq̃ in speluncis aut domibus pluri-
me humiditatis ꝛ mustidis alijsq̃ talib⁹ que
aerẽ alterant ꝛ corrũpunt colores eoꝝ in cro-
ceum mutantur nec cibos digerũt bene et vi-
res habent paucas ꝛ debiles ꝛ membra eoꝝ
eneruata Ualde ergo necessarium erit vt aer
corrigatur ſm diuersitatem a qua radice pro
uenit pestis .nam si a radice superiori ꝛ in tem
pore calido quia sequitur ignitio ꝛ adustio in
humoribus non cõpetit calefacere aerem cuꝫ
igne quia aerem rarefacit ꝛ ipso rarefacto cici
us alterabilis ꝛ receptiuus est malaꝝ qualita
tũ infectarum vt Auicenna .ij .primi. d .ij .
capitulo de naturis tempoꝝ tũc ingrossand⁹
est aer irrorãdo cum aqua ꝛ aceto sepe domũ
ꝛ in ea spargendo in pauimento rosas salices
ꝛ folia mirti ꝛ nenuffar ꝛ similia. si autem in tẽ
pore yemis talis epidimia a radice superiori ꝓ
uenerit ꝛ fuerit tunc dispositio talis temporis
yemis tota est calida ut plurimum. ẽ etiam ne
cessarium vti infrigidantibus ꝛ ingrossãtibus
temperate nõ tantum quãtum in tempore esti
uo .ideo in tali epdimia causata tẽpore yemis
non est bonum calefacere domũ igne nisi cum
temperamẽto vt cũ reb⁹ odoriferꝭ temperatis
in calido ꝛ frigido. in epidimia vero estiua nul
lo modo cõpetit calefacere domum igne ꝓpter
ratiões dictas nec cõpetunt odorifera q̃ dissol

uant calefatiãt expergant ꝛ exalent spiritus ad
extra vt cum xilo aloe crudo ambra thure ꝛ
musco ꝛ costo dulci storace ꝛ alijs positis ab
Auicenna .iiij . canone capitulo de cura febri-
um pestile ntialiũ. nã talia odorifera cum nocu
mentis dictis dolorem capitis causant vt Ga-
lienus in commento amphorismi muliebria e-
duci ex aromaticis .sed requiritur in tali dic-
ta epidimia ingrossantibus ꝛ cõfortantib⁹ spi-
ritus vt dictum est .si autem pestilentia ꝓuene
rit a radice inferiori tantũ vel ab vtraq̃ simul
tunc cõpetũt odorifera vt sunt ligna sicca odo
rifera sicuti iuniperus rosmarinus mirtus ꝛ
thus ꝛ similia nominata ab Auicenna vbi su-
pra ꝛ cum hijs facere effumationẽ p totã do
mum precipue in tempore yemali frigido .cum
istis medicinis simplicibus vel cum medicinis
cõpositis positis ab Abenmesue ꝛ alijs docto
rib⁹ i suis antedotarijs vt sunt gallia muscata
alipta muscata ꝛ siles ꝯfectiões odorifere posi
te in prunis ignitis incẽsis qꝛ in tali pestilẽtia
a radice inferiori vel ab vtraq̃ radice cõpetit
ignis nã cũ eo fit correctio ꝛ mũdificatio aerꝭ
corrupti ꝛ putridi vel cum hijs q̃ substanciam
aeris a cõplexione rectificant ꝛ depurant vel
a ꝓprietate ꝛ cõplexione illũ effectũ inducunt
ꝛ sic ignis incensus cum talibus meditiuis sim
plicib⁹ ꝛ cõpositis rectificat aerem calefactio
ne ꝛ exsiccatione sua .si ergo ignis h̔ facit quã
to magis sol qui nõ est tante acuitatis ymo cũ
cõplexione sua calida ꝛ forma speciuoca recti
ficat ꝛ depurat aerem maliciosũ putridũ ꝛ cor
ruptum vt Aristotiles inquit homo etenim ho
minẽ generat ꝛ sol ꝓpterea in dicta pestilẽtia
solis ingressio in domo p fenestras rectificat a
erẽ maliciosũ ꝛ ifectũ et depurat .ideo a ꝓpri-
etate resistũt oĩa odorifera ꝛ aromatica p oẽm
modũ ap ꝓximacõis vt dictũ est suffumigata o
dorata bibita nã si aer corrupt⁹ vaporẽ emittit
putridum vł fetidum q spirit⁹ ꝯtristet .odorife
ra eum deiciunt et mortificãt cum ei contrari-
entur ꝛ in spiritibus sunt ꝓporcionabilia ꝛ sua
virtute naturam et calorem innatũ cõfortant
qui est instrumẽtum vite que debent superflua
aduenientꝭ pestis ꝛ q̃litatis ei⁹ nocumẽtũ vapo
rẽ malũ repellunt et eius maliciã resoluunt vt
Auicenna in de viribus cordis scribit verum-

tñ si mutatõ aerꝫ fiat in malã qͥlitatẽ calidã siue fiat cũ putrifactiõe vl' absqꝫ putrifactiõe tũc rose folia mirte sãdali ⁊ camphora ⁊ irrorationẽs cum aquis eoꝝ ⁊ proprie mixta cum aceto si autem alteratio aeris fiat in pessimã qualitatẽ frigidam ⁊ humidam. odorifera iuuãt calida ⁊ sicca sicut Xilo aloes crudum thus ambra muscus costum dulce storax ⁊ similia nominata loco allegato :ex appropriatis maxime sunt poma citer ⁊ folia eius vt Auicẽna .ij. canoẽ capitulo de citro vbi inqͥt odor pomi citri rectificat aerẽ pestilẽtialem ⁊ pestilentiam etiãqꝫ sũt boni limones magni ⁊ parui ⁊ poma odorifera sunt huius generis ⁊ talia similia in cõplexione ⁊ virtute sua ⁊ ꝗuis cum odoriferis aer infectus ⁊ venenositati disposit⁹ ad cor ab inspirante introducatur qͣ citius ⁊ directius cũ odoriferis venit ad cor quia cottidie ⁊ continue inspiratur nocumentũ maximum in corde odorifera facerent. dicendum est ꝙ odorifera aere ĩfecto valde resistunt ⁊ venenositatẽ ⁊ malitiã aeris infecti auferunt ⁊ remouent ⁊ ex tali fumigatione in virtutibus suis cor cõfortatur ad expellendum aerem attractũ infectũ ⁊ ideo dicit Auicenna. oportet ut multiplicetur infumigatio ⁊ maxime est necessarium stãtibus in locis fetidis. nã fetor est de resoluentibus spiritus ⁊ virtutem ⁊ ꝑ oppositũ odorifera Nũc veniẽdum est ad iter agentibus facientibus exercitiũ. dicitur ꝙ quãdiu aer est infect⁹ a radice supiori nõ fiat itineratio ⁊ exercitium quãtũ possibile erit ð die ⁊ rõ ẽ qͣ calor sol' specificã ꝓprietatẽ tal' ĩfluẽtie fortius ĩfluit ⁊ illam inprimit in corporibus humanis ideo vbi luminosi radij solares sunt fortiores ⁊ ꝑpẽdiculares ⁊ reflexiui ibi est fortis epidimia patet hoc experiemento quia oẽs q de tali morbo inficiũtur ð die incipiunt infirmari a tertijs horaꝝ vsqꝫ ab vesperas patet etiã ratione vt incacabre ꝑ ꝯfricationem calefactus prius ⁊ fortius ⁊ citius attrahit paleam ꝗ nõ cõfricatus nec calefactus vt Auicẽna in libro de viribus cordis capitulo de Iacincto. Similis ergo est calefactio in aere ꝑ lumen solis in die. etiamqꝫ patet alia ratione nam aer noctis est frigidus ⁊ grossus influentia celestis minus potest influere ꝑ tale mediũ aerꝫ ;sequitur ergo tũc esse tutiorem itinerationem de nocte facere exceptis noctibus pleni lunij quia ille noctes sũt calidiores alijs noctibus propter lumen lune vt Aristot. ð partib⁹ aialiũ Ex hoc infero ꝙ magis cõpetit exercitiũ matutinum ante solis ortũ ꝗ vespertinum post meridiem. ecõuerso fiet si pestilentia ꝑuenerit a radice inferiori vl' a supiori coniuncta cũ inferiori In itinerantibus ⁊ eũtibus per villam in dicta nũc pestis de mane cõpetit vt buccellã panis in bono vino infusam sumat ⁊ portet in manu sua odorifera ut pomum ambre vel pomũ citri vel folia citri ⁊ similia Si vero est epidimia a causa supiori cõferens est portare in manu sua pomum de scarlata infusa in aqua rosata ⁊ aceto. vel puluerem omnium sandaloꝝ positum in pãno lineo cum pauca camphora

Capitulũ duodecimum in quo demõstratio fiet de secũda re nõ naturali que est cibus ⁊ potus qui debito ⁊ cõdecenti modo administrati sunt corporis humani a pestilẽtia ꝓseruatiui si vero ecõtrario destructiui ⁊ corruptiui ipsius erũt: ⁊ primo de fructibus ostendere intendimus



Equitur secũdo res nõ naturalis scilicet cibus ⁊ potus. Ideo dicendũ est ð cibis cõuenientib⁹ tempore pestelentiali in ꝓseruatione corporꝝ humanoꝝ ⁊ in ipsoꝝ curatione a febre pestilentiali ⁊ primo de fructibus ostendamus in generali ꝙ ipsorum fructuũ nutrimẽtum ꝗ paruũ ⁊ ꝗ prauum sit quia plures homines sequentes appetitus ⁊ sensualitates delectationeꝫ omni espreto medicoꝝ ꝯsilio ex fructibus quantum ⁊ quando libuerit assumũt Sed qr oẽs fructus parꝝ nutriũt ⁊ exinde post paucos dies ad malas ⁊ ꝑnecantes deueniũt egritudines ꝓpter velocẽ conuersionem ipsorum fructuum in corruptionẽ putredinis vt ysac in libello dietarum vniuersalium ca. xi. Itaqꝫ vniuersaliter fructus fugiendi sunt ratione prauitatis ⁊ malitie suorũ nutrimentorum ad febres ⁊ alias egritudines multas perducunt propterea dicit Auicenna prima quarti capitulo de febre sanguinis quãdoqꝫ facit putredinẽ in corpore humano multa aquositas sanguinis ex comestione fructuũ

aquosoꝝ quare conuertitur ad putredinem ⁊
multitudo humoris crudi in ipso est propin-
qua quare preparat ad putredinem sicut qui
generatꝰ ex cucumere ⁊ piris ⁊ similibus: etiã
qꝫ Auicēna in tertia p̊.d.ij.ca.vij. inquit: si ho
mines aliis regantur rebus nō istis scilicet fru
ctibus erit eis melius: quoniam omnis res q̄
sanguinem implet acquositate que in corpore
ebulit sicut succus fructuū licet ea hora iuua-
mentum prestet tamen ad putrifactionem pa-
rat ⁊c̄ Ideoqꝫ dicere posterius ꝙ sapiētes sūt
qui raro eis vtuntur: sapientiores autē q mo-
dice ⁊ raro: Sapiētissimi vero qui nunqꝫ ⁊ hu
midos precipue manducant Ex hiis cōcludē
dum est ꝙ omnes fructus nocent corporibus
humanis in preseruatione a pestilētia ⁊ ꝑmaxi
me febricitantibus febre pestilentiali exceptis
aliquibus naturis fructuum cum quibusdam
conditionibus requisitis ad ipoꝝ fructuū cō-
mestionem sicut latius inferius scribam in par
ticulari de quolibet fructu cōplexionem ⁊ pro
prietatem ⁊ qui sunt manducandi: ⁊ qui non
⁊ in qua hora assūmendi sint: ⁊ quamuis iã
doctores veteres ⁊ moderni in suis codicibꝰ
scripserint quare recurrere poteritis ad ipsoꝝ
doctrinam verumtamē fructus iuuatiui in cō-
seruatione pestilentie ⁊ in febribus pestilentia
libus sunt fructus acetosi non habentes mul-
tum de humido superfluo vt Auicenna p̊.iiij.
capitulo de curationibus febrium pestilentia-
lium paraffo ⁊ oportet vt sint cibi ex acetosis
⁊ dessiccatiuis ⁊ sint pauce quantitatis. vtiqꝫ
sunt granata acetosa vel musa non hñtia mul-
tam acredinē nã granatum musum cōfert febri
bus acutis ⁊ in flāmatione stomachi sed dul-
ce multotiens nocet acutas habentibꝰ febres
sed acetosum idest musum est frigidū ⁊ siccum
in secundo ⁊ reprimit coleram ⁊ ꝓhibet cur-
sum superfluitatū ad viscera vt inquid Auicē
na scđo canone capitu. de granato ⁊ hoc ipse
cōfirmat prima.iiij.capi. de cura tertiane pure
⁊ Galienus.x. de ingenio sanitatis ⁊ Auerro
is.v.⁊vij. colliget valde laudat granata musa
⁊ talia reperiunꝰ in ciuitate ⁊ regno valētino
⁊ ipsa debēt comedi. de mane ieiuno stomaco
ante prandium cum pauco zuccaro albissimo
ad temperandū magis eius acetositatem si ve
ro granata sunt multū acria vt sunt hic Rome
cū multo zuccaro eoꝝ acetositas tēperetur: ⁊
debēt comedi masticando fortiter grana sugē-
do succum ⁊ ossa extramittendo: valent etiam
in p̄seruatione ⁊ curatiōe pestilentie oīs fruc
tus hñtes acetositatē frigidam ⁊ siccam sicut
ribeꝫ ⁊ erba acetosa ⁊ similiter succus Limo
num ⁊ arangiarum ⁊ agreste ⁊ succus pomi ci
tri quia omnia talia resistunt putredini ⁊ cor-
ruptioni quia sunt acetosa ⁊ frigida ⁊ sicca re
sistentia corruptioni aeris pestilētialis ⁊ oīs
isti succi dicti. valent in salsamentis in preser-
uatione ⁊ curatione pestilentie. Fructus autē
stiptici ut Citonia pira Nespile ⁊ coriandrum
competunt in eisdem corporibus in fine come
stionis. est enim cōclusio doctorum ꝙ fructus
tenera pelle cohoperti habentes dulcedinem
citius mediante aere infecto tempore pestis
maliciam illam suscipiunt. ut sunt racemi ⁊ fi-
cus recentes ⁊ pruna: quia propter dulcedi-
nem eorum faciliter in coleram conuertuntur
⁊ aptitudinem generandi opilationes habent
ut Galienus.iiij. de simplici medicina inquit.
omne quod nutrit est de genere rerum delecta
bilium dulcium ꝙ demōstrat Ysach in dictis
vniuersalibus ca.iij. dicens membra ex dele-
ctatione ciborum dulcium eos attrahunt plu-
rimum et in intestinis remanet inde parum et
propter hoc paruas accidentaliter feces dul-
cedo facit: Salsitudo vero multas ob hãc eti-
am causam dulces cibi cito saturant quia cum
membra delectent cogūt ut multo plus de eis
sibi attrahãt ad venas ⁊ cōcauitates mēbroꝝ
cito impleãt. Et notandū ꝙ qñ cibi dulces re
misse ⁊ nō intense substãtie sunt qñ digesti fue
rūt a calore naturali nutribiles vere effitiunꝰ
⁊ non in coleram cōuertuntur vt Isach in dic
tis vniuersalibus scribit si res dulcis si ampli-
us decoquatur redditur amara ꝙ per exem-
plum probat inquiens nam mel quãdo ap ꝓxi
matur extrinsicꝰ igni longo tempore fit amari
saporis . similimodo est in corporibꝰ humanis
quando cibus dulcis inuenit caliditatem for-
tem generat humorem colericum vt Auicēna
ij. canone in capitulo de melle. melius ergo est
ꝙ in habentibus calorem fortem cibi eius sint
remisse dulcedinis propter hoc dulcia magis

senibus quam iuuenibus sunt conuenientia:
Amplius est notandum ꝙ dulcia subtilis sub-
stantie non faciunt nocumentum corpori hu-
mano sed si sint substātie grosse vt viscose no-
cumentū maximū faciunt vt dixit ysach in die
tis vniuersalibus capitu. iiij. inquiēs dulcedo
viscosa epati ⁊ spleni maxime est nociua vnō
augmentatiua inflāmationis ⁊ rugitus ⁊ est
causa interpolationis febris comotiua facile ⁊
naturaliter in fumositatem colericam ⁊ in ge-
nera colerica conuersiua ⁊ accidētaliter in pu
tredinem ⁊ opilationem vt Auicēna. iij. p. d. ij.
capitulo. vij. inquit res dulces ad faciendas
opilationes sunt veloces ⁊ cetera ⁊ infra sub
dit scire debes ꝙ dulce nutriens rapit natura
anteꝙ maturescat ⁊ digerat̄ ⁊ corrumpit san-
guinem Ideo nostrum consilium est ꝙ in pre-
seruatione ⁊ curatione pestis rebus dulcibus
homines vti non debeant precipue colerici
fructus autem qui habent duram vestem vt
sūt auellane pinee vestuci ⁊ similes tuci⁹ pos-
sunt comedi in parua quātitate homines sani
in preseruatione pestis: sed patientes febrem
pestilentialem non comedant quia calidi sunt
Fructus enim mali sunt persica ⁊ ante persica
cerasa precipue dulcia ⁊ similia habentia mul
tum de humido superfluo habente aptitudinē
⁊ promptam dispositionem cum caliditate de
debili vt putrifiant vt scribit Auicenna p. iiij.
capitulo pudredo ⁊ in capitu. de curationib⁹
febrium in vniuersali inquiens: ⁊ omnino soli
citudo sit vt postponatur aqua fructuum vsꝙ
ad ebdomadam et sis cōtentus aqua ordei ⁊
subdit ⁊ omnes fructus nocent febricitantib⁹
cū ebulitione sua ⁊ corruptiōe i stomaco: Ad
intelligentiam huius textus notet Gentilis ꝙ
aqua fructuū est duplex vna est aqua fructuū
p decoctionē que fit ex prunis florib⁹ viol' ⁊
tamarindis manna iuiubis ⁊ similibus ex om
nibus istis vel aliquib⁹ ex eis ⁊ de ista decoc-
tione inuenies descriptionē Abenmesue i an-
tidotario ⁊ de ista aqua fructuum loquitur
Rasis xviij. continētis vltimo capitulo vbi di
cit si conualescēs est debilis ⁊ nō poterit susti
nere euacuationem da ei aqua fructuum ⁊
de hac loquitur Auicēna capitulo de febre ef
fimera ex vino vbi ait indigent solutione cum
aqua fructuū Ideo communitas medicorum
incohantibus febribus putridis dant vt ven-
ter liniatur vt prohibeatur febris acuitas pp-
ter hoc dicitur aqua fructuum idest aqua leni
tiua que non prohibetur a principio febriū pu
tridarum ymo cōmuniter conceditur in tentio
ne linificationis ventris quia statim dicit Aui-
cenna sit vtilitas linificatio ventris ista autem
aqua fructuum linitiuorū scilicet pruna flore
violis manna tamarindi ⁊ alia: materias com
munes ⁊ aliquantulum proprias febrium cole
ricarum sanguinearum flecmatticarū ⁊ melan
colicarū sine modestia ⁊ nocumento educunt
a primis venis propterea illa aqua fructuū nō
agitat materias: sed facilius euacuat materias
colericas oportet enim diuersas esse composi
tiones hoꝝ fructuum secundū diuersas febres
vt sciunt periti medici ⁊ ista linientia dātur an
te digestionē materie Alia est aqua fructuum
acetosorum resistentium putrifactioni vt aqua
idest succus agreste limonū ⁊ arangiaꝝ gra-
natorum acetosorum vel musorum ⁊ similium
vt Auicenna capitulo de regimine febriū acu-
tarum ⁊ capitulo de febre effimera ex siti cum
dicit cura est dare aquā fructuum frigidorum
⁊ proprie granatorum hāc aquam possumus
dare in principio febrium putridarū in quibus
volumus resistere malignitatibus putredinū
propter hoc in febribus pestilentialibus vsus
eius laudabilis erit Tertia est aqua fructuum
que cōmuni noīe nominatur fructus sicut cu
cumeres melones indi cucurbita ⁊ citrulli ⁊
poma ⁊ pira non acetosa ⁊ alia ⁊ de ista aqua
fructuum intelligit Auicenna ⁊ phibet eam
vsꝙ ad ebdomadā idest vsꝙ ad digestionem
materie febris vt apparet in capi. de emetriteo
ꝙ aqua fructuum nunc nominatorum non dē
tur ante digestionē materie dicēdum ꝙ aqua
fructuum scilicet melones indi ⁊ cucumeres ⁊
cucurbite ⁊ similes in quantum infrigidant ⁊
extinguunt calorē febrilem intēsum vt in cau
sonide et in tertiana pura et in febribus incen-
siuis possunt administrari ante septimam diem
sed in quantum aqua horum fructuum habēt
humidum aqueum est parata putrefactioni
et corruptiōi nō det̄ aqua hoꝝ fructuū qa pp
ter scitā ebulitionē generant̄ materie maligne

Ideo bene dixit Auicēna ꝙ postponat̃ aqua
fructuum vsqꝫ ⁊ abdomadam idest vsquequo
materia digesta appareat idcirco bene conclu
dit Auicēna ꝙ omnes fructus nocent febrici
tātibus cum ebrilitione sua ⁊ corruptione in
stomacho Sed vsus medicoꝝ practicantiū his
panie est dare febricitantibus poma ⁊ pira in
cibatione eorum sed quia Auicēna in hoc tex
tu contrarium innuere videtur: medici Roma
ni prohibent dare pira ⁊ poma febricitātibus
precipue ꝓpter dictū Auerrois hoc colliget
qui postqꝫ laudauit poma in confortando cor
dixit poma generant grossam ventositatem in
secūda digestiōe ⁊ tertia qua de re possunt ge
nerare ptisim ⁊ ethicam nam venti qui gene-
rantur ex pomis habent illam malam proprie-
tatem etiamqꝫ rabi Moises prima particula
suorū amphorismoꝝ auctoritate filij Auēsoar
Respondendum ad hoc ꝙ poma dultia ⁊ eti
am acria assata dari possunt febricitātibus cū
zuccaro albissimo ratione alicuius particula-
ris intensionis videlicet destructionis appeti-
tus ⁊ multo melius pira assata ⁊ ratio quia ꝑ
assationem cōsumitur illa humiditas aquea ⁊
cum zuccaro albissimo magis cōsumitur ⁊ sic
remouetur causa ebulitionis ⁊ ꝑ consequens
non corrūpunt̃ in stomacho ymo de ipsis fruc
tibus fit bona digestio vt Ipocras parum de
terior cibus ⁊ potus Itē quia poma ⁊ pira cō
fortant cor vt Auicēna de viribus cordis ca-
pitulo de piris ⁊ capitulo de matianis q̄ sunt
poma ⁊ q̄uis Auerrois ⁊ rabi Moises dicāt
ꝙ poma generant grossam ventositatem in
secunda ⁊ tertia digstione ⁊ ille ventus gene-
ratus ex pomis habent malam ꝓprietatem ge
nerandi ptisim ⁊ ethicam sermo rabi Moises
est iste: mala sui odore corroborāt cor ⁊ cere-
brū ⁊ eius odor ē vtilis ptisicis ⁊ eticis sꝫ ciba
tio eius est peior omni cibatione fructuum qꝛ
sui speciali proprietate generatur vētositas in
neruis ⁊ lacertis partium pulmonis que non
dissoluitur nisi cum difficultate: potest respon
deri dictis Auerrois ⁊ rabi Moises dicendo
ꝙ poma illius regionis vel climatis ipsoꝝ ha
bent illam proprietatem generandi illum ven
tum qui causatur ex commestione pomorum:
sed poma nostre regionis vel climatis nō ha-
bent illam proprietatem malā dictam sicut no
bis medicis ⁊ alijs hominibus experientia est
demonstratū nec dictū nec auditum fuit istis
tēporibus ꝙ homines sani nec infirmi ex mul
ta cibatione pomorum incidissent vel habuis-
sent ptisim ⁊ ethicam sicuti dicunt doctores
medicine de persicis quia in persia habebant
venositatem vel proprietatem venenandi ho-
mines commedentes de persicis ⁊ morieban
tur: sed persica transplātata in regione nostra
optimi ⁊ grati cibi fuerunt ⁊ nō venenosi Ex
his dictis concluditur ꝙ poma ⁊ precipue pi
ra possunt administrari in febricitātibus febre
putrida decocta scilicet assata vel elixa sed lau
dabiliora sunt assata quia magis remota sunt
ab ebulitione ⁊ per consequēs a corruptione
sed ellixata in aliquibus febribus incēsiuis ra
tione in frigidationis ⁊ humectationis cōpe-
tunt cocta cū aqua rosata ⁊ zuccaro albo: ve-
rūtamen qꝛ talis administratio pomoꝝ ⁊ piro
rum in febriētibus pluries aduenit: ista volui
scribere vt scias elegire quid dandum sit tuo
infirmo febricitanti.

Capitulum tredecimum demonstrans
iuuamenta ⁊ nocumenta olerum in ge
nerali ⁊ si ipsa iuuantia vel nocētia sint
impreseruatione pestis vsus eorum

Postqꝫ diximꝰ in antecedēti ca-
pitulo ꝙ cibus ⁊ potus debito
modo administrati sunt corpo-
ris humani a pestilentia preser-
uatiui si vero ecōtrario destruc
tiui ⁊ corruptiui. similiterqꝫ de fructibus in ge
nerali aliquid dictum est: nunc autem declara
re intēdimus de esu olerum in preseruatione
a pestilentia si conuenientia ipsa sint cū de eis
homines sepius comedūt: olera vero que co
meduntur cruda humores aquosos ⁊ crudos
generant: nequaqꝫ ergo olerum comestio est
conueniens ad salutem corporis humani re-
gendam per maxime tēpore pestis: vt Auicē-
na capi. septimo. iij. p̄. dicēs oportet vt sanita-
tis cōseruator studeat ne cibi ipsius substantia
sit aliquod nutrimentum medicinalium sicut
olera ⁊ fructus ⁊ reliqua ab ipsis quoniā sub
tiliantia sanitatem sunt ⁊ adurentia sed grossa
sunt ipsum fleumaticum faciētia ⁊ corpus gra

uancia ideo Galienus in libro de euchimia ⁊
cachochimia inquit. olerum quidē nullum est
euchimū ⁊ Rasis. vi. ad Almansorem. ca. v. di
cit. olera precipue atq; fruct⁹ absq; magno re-
plent corpus nutrimento ⁊ humores crudos
generāt ⁊ malos Itaq; via cibi nō videtur cō
uenire via autem medicine seu cibi medicialis
possūt quādoq; dari vel administrari vt in esta
te valde calida couenientes enim sūt ad remit
tendū ardorem sitis ⁊ fortem corporis calidi-
tatem ⁊ ex eis pmaxime vti possumus lactuca
endiuia portulaca ⁊ huiusmodi; in yeme vero
minime vti debem⁹ Ex quib⁹ plane aparet ꝙ
olerꝫ nutrimētum sit paruissimū quare oīo ole
ra dimittam⁹ ⁊ pcipue siluestria que ad calidi-
tatem declināt Idcirco ad pseruandū tempo-
re pestis minime couēniāt ex causa quia olera
maximā pparationem habent vt humores ex
eis generati putredinē incurrāt ideo homines
in pseruatione pestilētie a commestione olerū
cauti esse debēt nisi prius cū aqua calida lauen
tur vt supfities infeta ab aere infecto veneno-
so remoueaẽ Et quāuis lactuca sit bona in cor
poribus colericis ⁊ in tēpore calido tamen ra
tione illi⁹ infectionis oportet vt cū aqua cali-
da lauetur ⁊ cum aceto rosato cū zuccaro co-
medaẽ Naz lactucā inter cetera olera via cibi
⁊ nutrimenti conmendatam ⁊ approbatam in
uenimus ⁊ ē frigida ⁊ humida in. ij. gradu vt
Auerrois. v. colliget ⁊ Haly abbas. v. theori-
ce frigidiorem dicit esse dicens. lactuce cplex-
so est frigida ⁊ humida in vltimo. ij. gradus ⁊
magis reliquis oleribus nutrit ⁊ est suauioris
saporis ⁊ sanguis qui ex ea generatur laudabi
lior est aliorꝫ sanguine olerum ⁊ cōcordat Aui
cenna. ij. canone. ca. de lactuca inquiens ꝙ ip
sa est frigida ⁊ huida in ij. gradu ⁊ postea sub-
iungit; sanguis ex ea generat⁹ est melior sang
uine generato ex olerib⁹ ⁊ nutribilior ⁊ illa p-
sertim que est elixata ⁊ illa que non est abluta
melior est; ablutio enim addit inflationem ⁊ si
militer omnibus oleribus frigidis ⁊ ē velocis
digestionis facit enim sompnum ⁊ remouet vi
gilias elixata ⁊ cruda ⁊ cōfert alienationi ⁊ a-
dustioni solis in capite ⁊ amplius dicit ortola-
na est bona stomago ⁊ est velocis digestionis
acceptio eius cum aceto facit appetitū ⁊ remo

uet ictiriam ⁊ ardorem stomachi. idem Isach
in libro dietaꝝ vniuersalium hec confirmat dic
ta etiāq; ipse in dietis pticularibus ait lactuca
cum sit mediocriter frigida ⁊ humida melior ē
ceteris herbis ad generandū bonū sanguinem
in qualitate ⁊ qnātitate q̄ si non lauetur aqua
melior est quoniā aqua sue frigiditati ⁊ humi-
ditati prebet augmentū cito digeritur vrinam
puocat morsionē stomaci de colera rubea ex-
tinguit. idem Rasis ⁊ Galien⁹ quoq;. ij. de ali
mentis ⁊ in plerisq; suoꝝ operū locis lactucas
commēdat lactucam autē laudo in hominibus
sanis tempore pestilentie ⁊ in habētibus febrē
pestilentialem precipue in iuuenib⁹ colericis ⁊
assuetis eis refici Etiāq; eis cōferens est in p-
seruatione ⁊ curatiōe a pestilētia Endiuia enī
siluestris que cicorea dicitur est frigida ⁊ sicca
in primo gradu domestica est frigidior ⁊ humi
dior vt Auerrois. v. colliget dixit cum quo cō
uenire videtur Ysaac in dietis particularibus
Auicēna vero secūdo canone capitulo de en-
diuia plurimū ipsam in viam medicine commē
dauit sed modicum in viaz nutrimenti. Ambe
enim speties scilicet siluestris ⁊ domestice vin
cūt lactucā in operādo ⁊ prestando iuuamen-
tū opilacioni epatis q̄uis minoreẽ ab ea in cō-
fortādo ⁊ extinguēdo ⁊ magis iuuatiua ex eis
epati est illa que est magis amara scilicet cico-
rea que dicitur endiuia siluestris cui inest pro-
prietas tiriacalis vt Auicenna de viribus cor-
dis capitulo de endiuia ⁊ secūdum Galienum
⁊ Rasim ⁊ alios doctores est de melioribus
medicinis ad opus corruptionis epatis calidi
Opationes vero eius sunt quia aperit opila-
tiones epatis ⁊ venaꝝ ⁊ viscerum omniū pp-
terea in indigentibus vti preseruatione ⁊ cura
tione a pestilētia est olus benedictum endiuia
domestica ⁊ maxime siluestris. De acetosa ve
ro est scribendū ⁊ est de magis in viam cibi ⁊
cōdimenti vtilis vsitatis. Acetosa ergo secun-
dum Auicennam. ij. canone. capitu. pprio do-
mestica enī frigida est ⁊ in pmo sicca in secūdo
⁊ in ipsa est stipticitas ⁊ omnis speties eius su
perat colerā ⁊ ipsius humor est laudabilis ꝙ
sensit Rasis tertio Almāsoris. ca. xviij. inquiēs
Acetosa frigida est ⁊ sicca que vētrē stringit ⁊
stomagum exasperat colerāq; rubeam et sitim

extinguit idem Rasis .xxi. continētis capitulo
cccxxxviij. inquit Diascoridis auctoritate ꝙ
ipsa valet ad disinteriam ⁊ fluxum vētris cro-
nicū. etiamq̧ est iuuatiua commesta cum ace-
to tempe pestis in ꝓseruatione ⁊ in eius cura-
cione Similiterq̧ ad ōnia que iuuatiua est ace
tosa valet ribez ⁊ est maioris iuuamēti. est enī
species acetose ⁊ habet maiorem stipticitatem
ideo Auicēna in sedūdo canone capitulo pro
prio inquit inest ei virtus acetositatis citri ⁊ a
greste est enī frigida ⁊ sicca in tertio gradu ⁊
est extinctiua ⁊ abscindit sanguinem ⁊ sedatiua
caliditatis ⁊ cōfert apostematib⁹ pestilētialib⁹
q̄ subito interficiunt. hac ratione laudat auicē-
na. iiij. p̄. ca. de cura variolaꝝ de rob de ribez
vbi inquit medicine autem ingrossātes sangui
nem ⁊ infrigidantes eū ꝓhibentes ipsū ab ebu
litione que in initio ꝑcipiuntur sicut rob de ri-
bez ⁊ de agresta ⁊ aqua fructuū frigidoꝝ: ⁊ ali
a causa est quia remouet putredinē ⁊ corrup-
tionem a corpore q̄a ratione frigiditatis ⁊ sic-
citatis cōtrariatur putredini ⁊ corruptiōi Eti-
amq̧ tali tempore pestis Iuuatiue sūt blite ⁊
borragines ⁊ buglossa. nā blita que sicla dici-
tur secūdum Rasim in. xxij. continentis duas
habet species quedā enim est nigra q̄ ex vehe
mēti viriditate ipsius declinat ad nigredinem
sed alia est species q̄ est alba ⁊ laxat ventrem ⁊
succus eius mūdificat cerebrum quotiēs impo
nitur in auribus. ⁊ Galien⁹ in. viij. tractatu in-
quit in blitis sūt vires baurachine. ideo incitāt
ventrem ad solutionem ⁊ pungunt intestina ⁊
stomagū ꝓprie si fuerit boni sensus idcirco no-
cent stomago. nutrimentū vero ipsaꝝ est modi
cū ad modum alioꝝ olerum. blite autē calide
sūt ⁊ sicce in ꝓmo gradu in eis est acuitas mo
dica ratione salsedinis sed viscositas magis do
minatur ⁊ humor generatus ex eis non est lau
dabilis ex salsedine ⁊ bauracitate earū ⁊ hoc
cōfirmāt. Hali abbas in quito theorice capitu
lo vltimo ⁊ auerrois. v. colliget cū ait blita hu
mores generat grossos ⁊ viscosos ⁊ fleumati-
cos ⁊ similit̄ ysaac in ꝑticularib⁹ dietis ait sicla-
quam vulgus blitam appellat calida ⁊ sicca in
primo gradu illaudabile ꝑstat stomacho nutri-
mentū ꝓpter quandā sui acuminis multitudi-
nem. Usus ergo eius nō est frequentādus ꝓci-
pue habentibus stomachi debilitatem ymo l li
ta dimittēda est potius cum magis sit medicia
q̄z cibus. merito quis dicet ipsam esse tempore
pestis illaudabilē ꝓpter eius caliditatē funda-
tam fore in substātia grossa ⁊ viscosa ⁊ humo-
res grossos ⁊ viscosos generat aptos ad pu-
tredinem ⁊ corruptionem. Restat dicendū de
borragine ⁊ buglossa quia quasi eandem natu
ram ⁊ ꝓprietatem habent de eis insimul scri-
bam quia vt inquit auctor pandectaꝝ virtutē
habet ipsa borrago generādi bonos humores
et valet ꝯualescētibus sincopisātib⁹ cardiacis
et melācolicis commesta cū carnib⁹ et est vna
species buglossi. et secūdum Galienum in. vi.
de simplicibus medicinis. ca. lxxxiij. ꝯplexionē
habet calidam et humidā: ideo si ponitur in vi
no letificat et confert tussi. Ysaac autem in die-
tis particularibus ait calidam ⁊ humidā esse ī
primo gradu et habet ꝓprietatem leticiam ge-
nerandi si in vino missa potetur cor etiam con
fortat. ꝓinde antiqui miscebāt eam medicinis-
cardiace passioni valentib⁹ et quāuis borrago
istas proprietates habeat tamen buglossa ex-
cellentioris et fidutioris iuuamenti est in hūj
ꝓprietatibus dicēte Auicenna. xi. tercio trac-
tatu. ca. q̄rto super buglossa vero sis audax. et
nō timeas malitiam eius et vtere ea cum omni
quod inpotu tribuis et in cibo des etenim iā
cōcurrit cōsuetudo vt in potu tribuat aqua ei⁹
distillata. et in libello de viribus cordis. Auicē
na dicit ꝙ cor cōfortat. possumus ergo secure
borrogine et buglossa vti tempore pestilentiali
in ꝓseruatiōe eius. Alterius naturam ⁊ ꝓprie
tates aliquoꝝ oleꝝ vsitatorū necessarium est
scrutare sicut sunt portulaca spinarchia spera-
gi et caules sed de aliis oleribus que nō tan-
tum sunt vsitati in viam cibi non curo ostende
re nec scribere naturam et ꝓprietates eorum
si quis autem medicus in his voluerit ordina-
re ꝓseruationem a pestilentia legat librū Galie
ni de simplicibus medicinis et Ysaac et auer-
roim et Rasim et Auicennam et inueniet iuua
menta et nocumēta in oleribus non vsitatis si
sunt cōuenientia tempore pestilencie vel inuti-
lia quare non curo in his sermones prolonga-
re breuitatis gratia. Ostendamus ergo de por
tulaca q̄ in estate pluribus hominibus est cib⁹.

familiaris. Idcirco dicamus de ipsa natura ⁊
virtutibus eius cum Galieno in libro de sim-
plicibus medicinis ꝙ est frigida in tertio gra-
du humida vero in secũdo. ideoq̄ȝ alterat ma-
terias colericas ⁊ est lubricatiua viscosa aufe-
rens sitim cõstipans ventrem ⁊ auferẽs stupo
rem dentium. Auicẽna quoq̄ȝ in secũdo cano-
ne. capi. ꝓprio de portulaca ꝙ est frigida in ter
tio humida in fine secundi: in ea enim est stipti-
citas ⁊ ꝓhibet fluxum sanguinis ⁊ fluxus anti
quos ⁊ eius nutrimentum est paruũ illaudabi
le ⁊ est resistens colere valde. Operatio ⁊ ꝓpri
etas eius est ꝙ si cum ea fricentur verruce e-
radicat eas ꝓprietate sua nõ qualitate. ⁊ subiũ
git ꝙ cõfert inflãmationi stomaci bibita ⁊ mo-
re emplastri supposita ⁊ confert epati inflãma-
to ⁊ prohibet vomitum ⁊ debilitat appetitum
⁊ postea ipse inquit ꝙ retinet fluxũ intestinoꝝ
⁊c̄ ⁊ confert febribus acutis ⁊ omẽs doctores
antiqui vt. Rasis. Ysaac ⁊ Hali abbas idẽ opi
nantur. Concludamus ergo cum Galieno in
ij. alimentoꝝ. ca. iiij. sic dicente portulaca ut ci-
bus quidem paucũ nutrimentũ habet ⁊ etiam
humiduȝ frigidũ ⁊ viscosum ⁊ vt medicia stu
porem dentiũ sanat ⁊c̄. ratione itaq̄ȝ sue inmen
se frigiditatis cum calidis oleribꝰ permiscetur
⁊ in salatucijs reponitur. ꝓpterea de ipsa in re
gimine preseruatiuo pestis non detur nisi in tẽ
pore calidissimo ⁊ dieꝝ canicularum ⁊ in par-
ua quantitate cum aceto ⁊ melle sola detur vł
ipsam portulacam cum herbis calidis cum pe-
trosilino ⁊ cum caperibus vt fiat tempamentũ
sue frigiditatis ⁊ humiditatis ne calor natura-
lis corporis humani debilitetur. potest etiã ad
ministrari in febribus pestilẽtialibus acutissimi
caloris. Oportet ampliꝰ de caulibꝰ inuestiga-
re quia cibus hominibus vsitatus est vtrũ in
regimine preseruatiuo pestilentie cõueniant tã
species caulis estiualis ⁊ est illa que aperta et
separata habet folia q̄ȝ etiã species yemalis ⁊ ẽ
rotunda habens folia albiora ⁊ striciora atq̄ȝ
magis. inuicem supposita secundum Ysaac in
libro dietarũ particulariũ. ⁊ Hali abbas in qui
to theorice. ca. xxi. natura caulis frigida est ⁊
sicca in primo gradu ideo turbidum ⁊ melãco
licum sanguinem generat horribilem odorem
dantem. estiuales vero vstum generant sang-
uinem colere vste vicinum quod coꝝ acumen
monstrat. yemales enim nõ tanti acuminis sũt
⁊ ius eoꝝ ventreȝ humectat ⁊ vrinã ꝓuocat
vt ab eorum nocumento tempentur elixentur
⁊ aqua prima proiecta cum alia aqua coquãn
tur cum pinguissima carne ⁊ cõdiantur cũ cori
andro pipere ⁊ cimino ⁊ allio ⁊ esui dẽtur. idẽ
auerrois. v. colliget dixit ꝙ caules sunt frigide
⁊ sicce ideo necessario generant humorem me
lancolicũ ⁊ Auicenna. ij. canone scripsit nutri-
mentũ caulium est paruũ ⁊ humidius nutrimẽ
to lencium sanguis eius est malus cũ ergo co
quitur cum carne pingui ⁊ gallinis fit bonus
parum etcetera. p̄parentur itaq̄ȝ caules vt dic
tum est ⁊ non nisi raro ab exercitatis homini-
bus non assumãtur ⁊ in estate neq̄q̄ȝ sed in ye-
me. obseruet ergo medicus cõcedere pro cibo
in hominibus sanis ⁊ vllo modo febricitãtibꝰ
febre pestilenciali ex eo quia generant sangui-
nem colere vste vicinum turbidũ ⁊ melancoli
cum horribilẽ odorem ⁊ dispositiuã dispositio
nem ad putredinem ⁊ corruptioneȝ habenteȝ
ꝓpterea qa fetor horribilis generatꝰ in sanguĩe
maximã habet p̄parationem vt putrifiat qa fe-
tor putredinem significat. quãuis aliqui dicãt
ꝙ caules sunt cõferentes tempe pestis in pre-
seruatione eius quia frigidi sunt ⁊ sicci cuiꝰ cõ
trarium michi videtur ꝓpter causas nũc assig-
natas. Deinde de spinargijs naturã ⁊ propri-
etatem ipsorum est dicendum si sint iuuatiui ci
bi tempore pestis in regimine preseruatiuo sed
quia natura sunt frigide ⁊ humide in fine p̄mi
gradus vt Auicenna secũdo canone capitulo
ꝓprio ⁊ sunt lenificatiua ⁊ nutrimentum eorũ
est melius nutrimento crisolocanne. ⁊ in ipsis
spinarchijs est virtus abstersiua lauatiua ⁊ vi-
cunt colerã. propterea. Auicenna dicit fortasse
refugit stomachus a iure eoꝝ. Auerrois auteȝ
v. colliget scripsit ꝙ sunt bona ⁊ temperata va
lẽt gutturi ⁊ pulmoni ⁊ stomacho ⁊ humectãt
vẽtreȝ ⁊ sunt in [illegible]do gradu frigida ⁊ humida
Ysaac autem in dietis particularibus ait ꝙ spi
narchie frigide ⁊ humide sunt in primo gradu
ventrem humectant ⁊ gule de sanguine ⁊ cole
ra rubea dolenti valẽt ⁊c̄. ⁊ Rasis in tertio al-
mansoris. xviij. capitulo dixit spinarchie sunt
temperate que gutturi atq̄ȝ pulmoni necnon

ſtomacbo ⁊ epati congruentia ſunt ventrem le
niunt quarum nutrimentum earum bonum ⁊
optimum exiſtit. quare non debemus ea deſpi
cere in regimine ꝓſeruatiuo peſtis cum nutri-
mentum eoꝝ bonũ ſit licet paruũ ſit ſicut ali
oꝝ olerum vt ex dictis Auicenne. iiij. primi. ca
primo poteſt colligi dicẽtis. nutriens quãdoqꝫ
eſt multe quantitatis ⁊ pauci nutrimenti ſicut
olera ⁊ fructus. De ſparagis eſt dicẽdum qa
eis multociens in viam cibi vtimur ſi ſũt iuua-
tiui in preſeruacione peſtis. Sed quia ſparagi
temperati ſunt aut parum declinantes ad cali-
ditatem quaꝝ operaciones ſũt ad aperiendum
⁊ remouendum opilaciones que ſũt in renib⁹
vt Galienus in. vi. de ſimplicibus medicinis ⁊
Auerrois. v. colliget. Yſaac autem dicit ſpara-
gus calidus eſt ⁊ humid⁹ in primo gradu qui
domeſticus eſt ⁊ ſilueſtris exiſtit domeſtic⁹ eſt
temperacior ſilueſtris calidior ⁊ ſiccior. ſpara-
gos vero apꝓbam⁹ in ꝓſeruatione peſtis elixa
tos cũ aqua ⁊ in fine decoctionis parũ olei ⁊
aceti qa q̃uis dent alimẽtũ corpi paruũ ⁊ nõ
boni cbiꝫ in viam meditine ſũt iuuatiui quia
deſopilãt. cõgrui ergo ſunt in preſeruatione a
peſte ꝓcipue elixati vt diximus

Capitulum decimumquartũ in quo oſtẽ-
detur de raditibus que in vſu commedẽ-
di babẽtur in vniuerſali etiãqꝫ de ipſis ſer
monem in ꝑticulari fatiem⁹ demõſtrando
naturã ⁊ proprietates ipſaꝝ q̃ ſint cõueni
entes vl' diſcõuenientes in preſeruatione
a peſtilentia.

Poſt pertractationem oleꝝ via
cibi magis vſitatorum bic ſolũ-
modo de radicibus que in vſu
comedendi babentur ſermonẽ
vniuerſaliter faciemus ⁊ de ip-
ſis in particulari intendo ſcribere demõſtrãdo
naturã ⁊ ꝓprietates eaꝝ que ſint cõueniẽtes
ad preſeruationem a peſtilẽtia ⁊ ipſas omẽs ra
dices quia indigeſtibilẽ nu[illegible]imẽtum fatiũt tem
pore vero peſtis ſuſpectas vniuerſaliter babẽ-
das eſſe vt Galienus. ij. alimentoꝝ vniuerſas
radices videtur reꝓbare inquiens. radices in
digeſtibiles ſunt ⁊ turbatiue veriſſime noſtris
corporib⁹ ab bijs alimentũ relinq humidũ ⁊
illaudabile. ideo ſcribit Galien⁹ in libro de ſub
tiliante dieta. ca. viiij. radices omẽs quidem vt
ita dicatur ſuperfluite ſunt ⁊c ꝓpterea in ꝓſer-
uatione a peſtilẽtia ⁊ eius curacionei nutiles
ſunt in corporibus noſtris quia ab ipſis nutri
mentũ humidũ derelinqui ⁊ turbatiuũ ⁊ illau
dabile magis eſt ꝓnũctiandũ. poſtea neceſſari-
um eſt deuenire ad radices in particulari ſicut
ſũt alliũ cepe napi paſtinace raffani ⁊ radices
petroſillini ⁊ ſparagoꝝ. Alliũ ẽ calefactiuũ ⁊ ex
ſiccatiuũ in. iij. uſqꝫ ad. iiij. ⁊ ſilueſtris plus illo
⁊ ſubiungit reſoluit in flãmationẽ valde ⁊ eſt
vlceratiuum aduſtiuũ cutis ⁊ cõfert ad muta-
cionem aquaꝝ. Auerrois enim. v. colliget dix-
it ꝙ eſt calidũ ⁊ ſiccũ in. iij. gradu. Raſis vero
iij. almãſoris. ca. xviij. inquit allia calida ſunt ⁊
ſicca Ideo ſitim afferũt libidinem efficiũt atqꝫ
ventoſitatem expellunt ⁊ corpus calefaciũt in
regionibus vero ac in temporibus nec non in
corporib⁹ calidis nocumẽtum preſtãt. ⁊ in. xxi.
cõtinentis. ca. clxxx. allium habet virtutẽ cale-
faciendi ⁊ reſoluẽdi ventoſitates ⁊ inflationẽ
vẽtris deſiccat humiditatem ſtomachi prouo-
cat ſitim ⁊ eius eſus expellit cucurbitinos ⁊ ꝓ
uocat vrinam ⁊ eius commeſtio cõfert morſui
canis rabioſi ⁊ eſt bonũ mutationi aquarũ no
cumẽto inducto ex eis. Iterum. Auicẽna vbi
ſup̃ ſubdit ꝙ ꝯfert puncture vermium veneno
ſoꝝ ⁊ morſui ſerpentum quãdo bibitur cum vi
no nos quidem iam experti ſum⁹ illud ⁊ ſimili
ter morſui canis rabioſi. Dicamus ergo ꝙ vi-
a cibi allia non conueniunt ꝓcipue calidas ba
bẽtib⁹ conplexiones ſed ĩ yeme poſſunt ſumi
firmat Ysaach in libro dietarum vniuersalium
capitulo decimosexto dicens caro galline ⁊
galli scilicet iuuenis est temperata. propterea
pulli gallinarum leuioris sunt digestionis cete
ris domesticis volatilibus ⁊ laudabilem gene
rant sanguinem aperitum confortant ⁊ omni-
bus naturis sunt conuenientes ⁊ ipse subdit
laudabilores sunt pulli masculi canere incipiē
tes ⁊ in temperata pinguedine existentes idē
sensit Auicenna secundo canone capitulo. cc
lxxxiij sic dicens auctoritate ruffi gallorum
melior est ille qui non cantat ⁊ gallinarum me
lior est que nondum parit oua ⁊ post addit ca
ro gallinarum que sunt pulle in intellectu aug
mentū efficit. Auerrois quidem sequitur Aui
cennam dicens melior caro ex volatilibus est
caro galline iuuenis sane ⁊ pinguis ⁊ habet
mirabilem proprietatem in temperando com-
plexionem ⁊ propterea brodium suum est op-
tima medicina leprosis ⁊ dicit̄ ꝙ cerebrū gal-
line augmētat substantiam nostri cerebri ⁊ acu
it ingenium. Ostendamus ꝙ de carnibus ca
ponum dicēdum sit. possumus scribere aucto
ritate Ysach in li. dietaꝝ vniuersalium inquiēs
gallus caponatus plus est laudādus quia cō
plexio sua in quatuor qualitatibꝰ est tēperata

et inde nutribilior et cetera ⁊ ipse ysaacb in li-
bro partcularium dietarum ait. volatilia castrata
omnibus animalibus ambulantibus sunt vtili
ora nec non galli castrati omnibus volatilibus
cõuenientiores: laudabilius enim nutrimentũ
⁊ perfectum generãt sanguinem. propterea cõ
cludere possumus q͛ de carnibus gallinarum
earumq̃ pullorum ⁊ caponum ad custodiam
sanitatis ⁊ preseruationẽ ⁊ curationem a pesti
lentia valde vtiles sunt. de carnibus autem
columbarum ⁊ pullorum suorum est inquiren
dum si vtiles vel nociriui sint ad preseruatio
nem a pestilentia tam de domesticis q̃ de sil
uestribus aliquit succincte scribemus. ⁊ primo
de columba filuestri dixit Galienus in libro
de suptiliante dicta capitulo. viij Columba
enim siluestris cum eo q͛ duriorem habet car
nem columbis scilicet domestic' ⁊ turturibus
⁊ pdicibus digestibilis est. Sed pulli colũbini
domestici calidi sũt ⁊ in complexione humidi
propterea grossum dant nutrimentum hoc
testatur grauitas ad volãduz sz volare incho-
antes amittunt illaz grauitatem fit eorum ca-
ro leuior ⁊ ad digerendũ acceptabilior est etiã
conueniens fleumaticam habentibus cõplexi
onez incõueniens vo colericis natura: idẽ cõ
firmat Auicẽna. ij. canone capitulo. cxxxiiij in
quiens in pullis columbarum qui volare nõ
possunt est caliditas ⁊ humiditas superflua sz
ille que volant sunt leuiores ⁊ leuioris digesti
onisq̃ pulli. Ideoq̃ pulli columbini vehemẽ
tis sunt caliditatis ⁊ generant sanguinem in
flãmatum ⁊ cito febrire faciunt vt ait Alman.
in tertio capitulo decimo ⁊ Ysaach in libro
dietarum vniuersalium capitulo decimosexto
inquiens pulli columbarum ex multo suo calo
re sanguinem incendunt permaxime siluatici
quia calidiores sunt ⁊ minus humidi Ideoq̃
facile conuertunt in genera colerica hac de
causa antiqui cum frigidis precipiũt dari scili-
cet cum aceto vel succo de agresta vel cũ suc
co pomi citri. Itaq̃. Auicenna secundo cano
ne capitulo allegato inquit. Et oportet quidẽ
vt calefacti comedant eos cum agresta ⁊ cori
andro ⁊ medulla citrulli de hijs q in domo nas-
cuntur potest intelligi q͛ verificatum est sed p̃
cipue de siluaticis Haly autem abbas de eis
dixit quinto teborice capitulo vigesimotertio

columbarum pulli carnem habent malã mul
teq̃ humiditatis. ex eis vero generatur sanguis
plurimum calidus ⁊ humidus citeq̃ putrifac
tionis morbos generans sanguineos propre-
rea reprobantur magis domestici q̃ alij siluati
ci Ex hijs dictis doctorum ↄcludendũ est q͛ car
nescolumbarum cum sua ꝓpria preparatione
superius dicta pmaxime siluestrium in corpori
bus flecmaticis ⁊ in tempore yemis possumus
de eis comedere quandoq̃ inpreseruatione a
pestilentia. in corporibus enim colericis ⁊ i tem
pore estiuo vllo modo est necessariũ carnibus
pullorum columbarũ domesticorum ⁊ siluestri
um in esu habere ad custodiendã sanitatem ⁊
ad eius preseruationẽ tempore pestilentie mi-
nime autem de carnibus columbarum iuuenum
⁊ decrepitorum comedere debemus. Ad pro
sequenduz hoc capitulũ de volatilibus restat
nobis dicere de carnibus perdicuz ⁊ starnorum
⁊ cetera superius nominatorum si vtiliores sint ad
preseruationẽ a pestilentia. Dicamus ergo p̃
mo de carnibus alcubugi idest pdicis vt scrip
sit Auicenna secũdo canone capitu. cxxxxvi.
Dicens caro melior volucrum non est quam
aduragi ⁊ gallinarum ⁊ non sunt cũ nutrimẽ
to carnium alcubugi idest perdicis idẽ dixit in
decimaq̃rta tercij in pluribus capitu. inquiẽs
carnes subtiles ⁊ leuis digestionis sunt caro
hedi perdicum ⁊ turturum nõ superflue pinguũ
⁊ Auerrois. v. colliget laudauit eas cũ inquit
ex carnibus laudabilioribus volatiliũ sunt car
nes perdicum sed declinant parũ ad caliditatẽ
⁊ siccitatem. Rasis in suis amphorismis dicit.
perdicis cibus bonus ad frigiditatẽ ⁊ siccitatẽ
declinans est. Sed Rasis. xxiij cõtinẽtis capi
tu. clxxxxviij. inqt caro pdicis calida est ⁊ hu-
mida inflat ⁊ auget actũ venereum inpinguat
corpus ⁊ calefacit ⁊ auget sanguinẽ valde ⁊c.
Ex hijs dictis doctoruz videtur contradiccio
in cõplexionis pdicis graduatione ⁊ quãuis
aliqui dicant perdicum complexionem esse
frigidam ⁊ siccam alij calidam ⁊ humidam
non est contrarietas inter eos. Nam si com-
paretur caro perdicis masculi ad feminam pdi
cem sic calida est ⁊ humida. si autem cõparen
tur pulli perdicum ad iuniores perdices dicen
tur pulli perdicum calidi ⁊ humidi ⁊ iuniores
calide ⁊ sicce. verũtamen si perdices cuiusque

etatis fuerint comparentur ad corpus huma-
num temperatum perdices erunt frigide ⁊ sic
ce cōplexionis ꝓpterea dixit Ysaach in ca. xvi
dietarum vniuersalium causa constritionis vē
tris a perdicibꝰ est siccitas que dominat̄ incar
nibus ipsarum ideoq; ipse Ysaac ad remouen-
dam siccitatis maliciā addidit dicens que vo
latilium complexionis sicce sunt nō sunt com-
medenda nisi domui nutrita fuerint ⁊ ingrassa
ta sicut sunt turtures ⁊ ꝑdices ⁊ huiusmodi ⁊
si cum succo pomorum dulcium excoquantur
perdunt siccitatis malitiā ⁊ est in brodio ⁊ car
ne earum mirabilis virtus nutrimenti vt dixit
Ysaach. concludendū ergo est ꝙ ad obseruan
dum regimen preseuatiuum tempore pestilētie
carnes pullorum perdicum etiamq; iuuenum
cōmedere quis poterit spetialiter elixatas po
cius q̄ꝫ assatas quia ex aque humiditate sicci-
tas aliquantulum temperatur. carnes vero ve
teres perdicum postponende sunt quia male ⁊
inutiliores sunt ad preseruationeꝫ dictā. quid
autem de starnorum fasianorum ⁊ pauonū car
nibus ostendemus vtilitatem eorum. ⁊ primo
de starnis que secundum ysaach dietarum vni
uersalium ca. decimosexto carnes sunt que in
calore sunt defecte tamen temperamēto attinē
tes sunt siue starne pulli qui ad digerendū sūt
velociores ⁊ facile venas penetrātes ⁊ cito in
sanguinem mutabiles ⁊ laudabilem sanguinē
generantes omni etati complexioniq; congru
entes sed tamen ex sue dissolutionis velocitate
non multam virtutem membris prestāt vnde
ad regendam sanitatem sunt conuenientes ma
gis quam ad confortandū. hoc confirmat Ra
sis in capitulo decimo libri terci ad almansorē
cum dixit Starne caro omni carne auium leui
or inuenitur atq; hijs qui subtili volunt custo-
diri regimine conuenientiori: cōcluditur ergo ꝙ
starna ⁊ ꝑdices in natura apꝑpinquāt Ideoq;
starne in preseruatione a pestilentia sunt vtiles
precipue pulli starnorum ⁊ iuuenes starne ve-
teres enim relinquende sunt sicut diximus de
perdicibus. De fasianis vero dicemꝰ ꝙ est ca
ro temperata ⁊ sana vt a Rasi quarto suorum
amphorismorum scribit̄ sic dicente fasianus ci
bus conueniens laudabilis subtilis pullis affi
nis quo ad esum ethicos confortat ⁊ eos qui
ab egritudinibus ethici fiunt habet porprieta-
tem vigorandi virtutes que digerunt ⁊ hu-
mores corruptos in stomacho ꝑparat ⁊c̄. De
ipsis nihil videt̄ esse concludendum ꝙ fasiani
valde vtiles sunt ⁊ ad pestilentie preseruatio-
nem preponimus. De pauonum carnibus est
intelligendū ꝙ caro pauonis est cibus malus
q̄uis quodā mō ꝑciosa caro pauonū dicat̄ vt
dixit Ysaach in vniuersalibꝰ dietis ca. xvi. ꝙ
pauonum carnes calide sunt ⁊ humide melan
colici sanguinis generatiue difficilisq; digestio
nis. Affirmat hoc. Rasis vigesimosecundo cō
tinentis capitulo. ccccclxxxvij. pauo est male cō
plexionis ⁊ tarde digestionis. propterea. Aui
cenna secūdo canone capi. cxlvi. dixit omnes
volucres magne habētes colla longa vt pa-
uo ⁊ cetera dure sunt ⁊ eorum plurima genera
tio est melancolica ⁊. Galienus dixit ꝙ nutri-
mentum eorum est malum. Ex quibus satis ap
paret ꝙ caro pauonum ab omnibus vnanimi
ter illaudabilis ad sanitatē cōseruādam reꝓba
tur. vilipēdat̄ igit̄ in pestilētie cōseruatione. Si
militerq; de carnibꝰ coturnicū scribamꝰ ꝙ co-
turnix calida est in fine primi gradꝰ vsq; ad se-
cūdū ⁊ multe humiditatis ideoq; cito corrūpi
tur ⁊ est cibꝰ icōueniēs tā tēperatis q̄ꝫ distēpe
ratis ⁊ est dificil' digestionis ⁊ ꝑparat corpꝰ ad
febres ⁊ auget eas vt doctores dicūt. ꝓpterea
Auicēna. ij. canone inquit i capitu. ꝓprio ꝙ ex
cōmestione carniū coturnicū timet̄ tetanus ⁊
espasmꝰ nō q: cōmedūt elleboꝝ tantū sed qa
in suba eaꝝ est h̄ virtꝰ etiam h̄ voluit ysaac vni
uersaliū dietaꝝ capitu. x. coturnices ceteris sūt
peiores nec in nutrimēto neq; in digestiōe sūt
laudabiles sicq; supradictis rationibꝰ coturni
ces sunt pessime sanis ⁊ in pestilētie ꝑseruatio
ne sunt valde inutiles. Ampliꝰ de turturibꝰ est
vidēdum natura eoꝝ. ⁊ dicendū ꝙ sunt calide
⁊ sicce vsq; ad secūdū gradū idcirco. ysaach vi
det̄ scribere in particularibꝰ dietis ꝙ ōnibꝰ aui
bus turtures sicciores sūt q̄re nō oportet eas
cōmedere nisi cu vniꝰ āni fuerint ⁊ māducent̄
post occisionē trāsacto die talit̄ cōmeste lauda
bilē generant sāguinem mediocrē inter grossū
⁊ subtilē. ideo Aui. ij. canone ca. xxi. inq̄t caro
duragi idest turturis in cerebro ⁊ in intellectu
augmentum efficit sicq;. Auer. v. colliget dixit
⁊ subiunxit ysaach in quinta d. capitulo. lvi. ⁊
cū in carne turturis dominet̄ siccitas vtile ⁊

bonum erit vt in domo ingrassent̄ ꝑ aliquos dies vt sua siccitas tēperet̄ iuxta p̄ceptū eius. sic loquēs que volatiliū cōplexiones sicce sunt nō sunt cōmedēda nisi domi nutrita ⁊ igrassata sint sicut turtures ⁊ perdices ⁊ huiusmodi Rasis autem quarto suoꝝ amphorismoꝝ dicit ꝙ a ꝓprietate sua vigorant virtutem retentiuam. qua de re cōcludendum est ꝙ in pestilētie regimine p̄seruatiuo sunt cōuenientes ⁊ vtiles iuuenes turtures q꞉ sunt cibꝰ ꝯuenientes bonos efficere humores licet caliditati attineant vt dixit Auicenna .xiij. tercij. ca. xxi. sic intelligendo ꝙ valent in corporibus habentibus complexionem flecmaticam ⁊ in pestilentia non ꝯueniente a caliditate ⁊ siccitate aeris Sed antiqui turtures grossum generāt humorem ⁊ difficilis digestionis ⁊ sanguinis melancolici sunt generatiue ideoq; sunt male De turdoꝝ ⁊ passerum ⁊ ceteraꝝ minutaꝝ auiū carnibus in simul tractare debemus quia omnes carnes turdoꝝ ad calidum ⁊ siccū vsq; ad secundum gradum declināt. passeꝝ carnes vere dicte calide ⁊ sicce sunt vsq; ad tertium vt Ysaac in dietis particularibꝰ dicit calidiores omnibus auibus passeres sunt plusq; alie parue aues vt in libro dietaꝝ vniuersaliū capitulo xvi. de eis inquit caro passeꝝ ⁊ iuuenum columbarum calida est ⁊ sicca corrūpens stomachū ⁊ a temperamento longe est. ⁊ Auerrois v. colliget ait passeres oēs calide ⁊ sicce sunt in fine caloris idē Aui. ij. cañ. ca. xcvi. inq̄t passeres omnes male sunt ⁊ hoc quia caro earū calidissima est luxuriamq; cōmouet ideoq; ad preseruandā sanitatem tp̄e pestilātialis febris carnes passerū vituperamus aliaꝝq; paruaꝝ auiū carnes declinant ad caliditatē ⁊ siccitatē sed ad ꝯseruandā sanitatē eligant̄ iuuenes ⁊ pingues qm̄ caro eorum est laudabilis multū ⁊ facile digerit̄ laudabile generās nutrimētū ⁊ ꝯualescentibꝰ sana sed eoꝝ carnes nō freq̄nti vsu laudamꝰ vt cōmedant̄ q꞉ natura sūt calefacientes ⁊ in fumositatē ⁊ coleram rubeam ꝯuertibiles p̄cipue saluatici ⁊ macri: De carnibꝰ vero aliaꝝ auium aq̄ticaꝝ scilicet āseris anatis ⁊c̄. restat manifestare. verumtamen scd̄m sñaз Auicē. cañ. ij. ca. xxxvi. sunt male ⁊ inutiles ingentis. Caro magnaꝝ auium vt anserū ⁊ miluoꝝ ⁊c̄. ē grossa ⁊ ꝓpterea est tarde ⁊ difficilis digestionis ⁊ ꝓpter humiditatē eaꝝ superfluā sunt febris generatiue idē scribit Haly abbas. v. theorice ca. xxiij. dicēs anatis ⁊ āseris carnes plurime sunt humiditatis ⁊ caloris ⁊ earum nutrimētum malū est ⁊ multaꝝ supfluitatum cito febres generātes ⁊ q̄ eaꝝ iuuenes sunt carnem habent laudabiliorē idcirco iuuenes ex eis eligantur ⁊ assentur ⁊ de ipsis solummodo alas māducemꝰ ꝓpterea Gali. in li. de subtiliāte dieta ca. viij. dixit ab āseribus ⁊ magis strutionibꝰ ⁊ ab oibꝰ similibus abstinere oppotet eum cui cura ē subtiliante dieta vti. De anate aūt quasi similē sñaз dare possumꝰ q꞉ calida est multū ⁊ habet multū humiditatꝫ ⁊ est grauis digestionis vt dixit ysach in dietꝫ vniuersalibus ca. xvi. in ꝑticularibus dietis dicit ꝙ ē humidior ceteris ⁊ ꝓpterea anax āser ⁊ strucio ⁊ similia stomacho sunt nociua generāt enim ⁊ putrifatiunt ipsum propter sue humiditatis supfluitatem sed eoꝝ ale dissimiles sunt eis faciles nāq; sunt ad digerendū ⁊ longinque a corruptione ꝑꝑ sui laboris motusq; ꝯtinuitatē q̄ de re exortamur habitātes in terra pestilentie ꝙ anate ansere ⁊ silibꝰ nō vtant̄

Capitulū xxi. in quo ostēdemꝰ quaꝝ ꝑtium aialiū interiores vl' exteriores laudabiliores ⁊ vtiliores sint ad sanitatem cōseruandam ⁊ preseruandam tp̄e pestis eas adinuicem comparando breui stilo exponemus

PRimitus vero de cōparatione adinuicē ꝑtiū aialiū interioꝝ ad ꝑtes exteriores ꝯclarare oppotet ⁊ q̄ dicantur elegibiliores ⁊ magis vtiles ad sanitatetē p̄seruandā tp̄e pestꝫ possumꝰ dicere. cū ysaacb dietaꝝ vl'iuз ca. xv. sic scribēte ꝑtes aialiū q̄ exteriꝰ sunt i medio corpe meliores sūt interioribꝰ q꞉ ex vicinitate poroꝝ corpis qbꝰ sudor ⁊ fumꝰ dissoluit̄ indꝫ alleuiant̄ ⁊ ad digerendū faciliores efficiunt̄: interiores vero ecōtrario ⁊ ysaach in dietis particularibꝰ candē sñam q̄si ꝓfert in fine dicēs ꝙ iteriora copiā maloꝝ humoꝝ sunt genratiua ꝓpter duas cās prima est ꝙ vijs ꝑ quas feces humoꝝ expelluut̄ nō sūt vicine Secūda causa est ꝓpter poroꝝ cutis lōginquitatem per quas sue humiditatis supfluitas egredi nequit. Ideoq; venter ⁊ intesti-

na ⁊ similia sunt grossioꝛa ⁊ male nutribilia ꝑ-
tes autē anterioꝛes animalium posterioꝛibus
sunt melioꝛes vt Rasis tertio almansoꝛis ca-
pitulo vndecimo. animalium anterioꝛa leuio-
ra sunt ⁊ calidiora. posteriora vero grauiora
sunt ⁊ frigidioꝛa ⁊ sic membra dextra sunt sini
str̄is saniora videas cās a doctoꝛib⁹ scriptas.
mēbra siłr que sunt mobilia ⁊ modicuꝫ humi
ditatis habētia sunt sapoꝛosioꝛa facileqꝫ dige-
stibilia. contraria sunt contrarie se habentia vt
Ysaach in libꝛo dietarum vniuersaliū ait. qua
de re lacertose partes animaliū appꝛobantur.
vt coxe crura ⁊ huiusmodi Ideo carnes coxa
rum saporate laudabilis sunt nutrimenti. De
singulis aliȷ̄s membris aliquid dicamus. Hali
abbatis sermo fuit in quinto theoꝛice capi. xx
iiȷ̄ dicentis. Auium vero membꝛoꝛū omnium
ale facili⁹ digerūtur ⁊ minus nutriunt ⁊. Jsa
ach in libꝛo dietarum vniuersaliū capitulo. xvi
sic inquiens sole ale in omnium volatilium ge
neribus tenerioꝛes ⁊ laudabilioꝛes sunt prop
ter nimium eoꝛum motum. ⁊ post ipse innuit.
mobilia semper teneriora sunt ⁊ sapoꝛosiora ⁊
ad digerendum velociora sicut ale volatilium
saporosiores sunt primo gallinarum. secundo.
anserum. idem confirmat. Ysaach in dietis par
ticularib⁹. Ale vniuscuiusqꝫ volatilis sūt aliȷ̄s
membris laudabiliores pꝛo sui motus ac labo
ris nimietate. ⁊ sic ꝯcludunt Auicenna Galie
nus ⁊ aliȷ̄ doctoꝛes quod ad conseruandam
sanitatem tempoꝛe pestilentie vtiliora sunt mē
bra dicta ⁊ nominata ꝑcipue ale volatiliū ani-
malium esse elegibilioꝛa aliȷ̄s membris. De ce
rebꝛo ⁊ cintha ⁊ medulla animalium volatiliū
⁊ quadrupedum in vsu comedendi si sint vti-
les pꝛo sanitatis pꝛeseruatione tempoꝛe pesti-
lentie: est enim sigillatim scribēdū: Natura ve
ro cerebꝛi idest substantia cerebꝛi frigida ⁊ hu
mida est vt Auicēna inquit pꝛima tertiȷ̄ capi.
secundo ⁊ in pꝛima pꝛimi capi. de complexio-
nibus membꝛoꝛum inquiens membꝛa pꝛinci-
palia sunt tria quoꝛum vnum est cerebꝛum ꝙ
est frigidū ⁊ cetera ⁊ prima terciȷ̄ capitu. secū
do. cerebri substātia est frigida ⁊ humida quā
uis omnes philosophi ⁊ medici in hoc cōueni
unt ꝙ cerebrū viuentis hominis calidius est
cerebro alioꝛum animalium. cerebrum autem
occisoꝛum animalium declinat ad maioꝛem fri

giditatem ⁊ etiam humiditatem ⁊ cum sua hu
miditate est valde viscosum plurima faciens
nocumēta vt Ysaach in dietis particularibus
inquit cum cerebrū sit accidentaliter humidū
ꝓinde est humidum ⁊ viscosum abhominabi
lem facit appetitum ⁊ coꝛrūpitur in stomacho
citoqꝫ in putredinem conuertitur maxime si in
fine cibi manducetur. Ideoqꝫ caueant a cere-
bꝛo ante cibum ⁊ post cibum habentes cōple-
xiones humidas ⁊ debilem appetitum. pꝛop-
terea Auicenna dixit secūdo canone capitulo
c. iiȷ̄. cerebꝛum frigidum est ⁊ humidum gene-
rans fleuma ⁊ humoꝛes grossos ipsum enim
facit nauseam apud digestionem suam ⁊ delet
appetitū. Similiterqꝫ Rasis. iiȷ̄. Almansoꝛis ca
pitulo xi. inquit cerebꝛum cū sit frigidum nau-
seam facit ⁊ stomacho nocet pꝛecipue cerebꝛū
animalis humidi ⁊ viscosi vt poꝛci ⁊ pecudis
agni ⁊ huiusmodi quoꝛum animalium cerebꝛo
omnino ē fugiendū. Cerebella vero volatiliū
sunt melioꝛa ad comparationem ambulātium
⁊ sunt minus humida ⁊ ex omnibus cerebꝛis
volatiliū melioꝛa ⁊ laudabilioꝛa sunt ea q̄ pul
loꝛum starnoꝛum perdicum galloꝛum ⁊ galli-
narum ⁊ pꝛopꝛie montanoꝛum vt Auicenna
secundo canone capi. pꝛopꝛio ⁊ subdit ex cere
bꝛis quadrupedum cerebꝛum arietis ⁊ edi de
inde vituli commedere possumus si ergo ex
istis omnino cōmedere voluerimus ante cibū
sumantur cum repꝛimētibus eoꝛum malitiam
cū cōuenientibus cōdientibus Ysaach in par
ticularibus dietis scribit anteqꝫ cōmedant ce-
rebꝛum cum aceto pipere ⁊ zincibere ⁊ mēta ⁊
similibus illud condiant ⁊ non tantum malum
erit. Ab aliis autem mēbꝛis pꝛecipue ambulā
tium omnino fugiendum tempoꝛe pestilentie.
De nucha que spinalis medulla siue doꝛsalis
nuncupatur ac de medulla que in interioꝛi ꝑte
ossis existit aliqđ scribēdū est de nocumēto ex
cōmestiōe eoꝝ tꝑe pestis De malitia nuche di
cit Ga. in li. de alimētis a quo omnes sapiētes
fundametū sumserunt ꝙ nauseatiu⁹ ē cib⁹ ⁊c̄.
si autē bene digeratur ipsa nutritiua est ⁊ sub-
dit spinalis medulla continua quidem est ce-
rebꝛo ⁊ eiusdem nature cum ipso. durioꝛ autē
non modicum ⁊ maxime si inferioꝛibus extre-
mitatibus spine existit in quantum enim distat
plus a cerebꝛo intantum magis induratur.
Sed suauioꝛ ⁊ vnctuosioꝛ est medulla cerebꝛi

non igitur est comedenda cum peior aliis me
dullis videatur quod si omnino quandoque ali-
quis vti voluerit ex bonis et laudatis animali
bus vtique medulla vitulorum cerui tauri et ca
prarum vt Auicenna secundo canone scribit
oportet vt comedatur cum piperibus et cetra
sicut dicitur de cerebro. Qua de re qui suam
volũt conseruare sanitatẽ huiusmodi medullas
dimittant presertim qui deiectũ debilem et hu
midum stomachum habent precipue qui pro
stratum suũ senserit appetitum et quia omnes me
dulle humide et viscose et lubricatiue stomachi
sunt et in malos humores conuertuntur secu
rissimum nobis esse videtur vt omnino post-
ponantur in regimine preseruatiuo pestilencia
lis febris

Capitulum vigesimumsecũdum in quo fit
et declaratio de natura idest cõplexione
stomachi intestinorũ epatis et spleniscor
dis et pulmonis oculorum et lingue si in
viam cibi et nutrimẽti vtiles uel inutiles
sint ad preseruandam sanitatem tempore
pestilentie

DE stomachi et intestinorum sub
stancia et nãtura est primo dicẽ
dum quia eiusdem fere cõplexi
onis silicet frigide et sicce sunt
in viuis animãtibus, frigidior
in mortuis est cõplexio propterea Ysacb in libro
dietarum vniuersalium ca. xvi. inquit Carnes
stomachi dure sunt ad digerendum hoc etiam
Rasis in toto cõtinente dicit. venter intestina
et matrix animaliũ solidiora sunt carne Ideoque
licet digerantur perfecte de eis generatur san
guis non purus. carens bonitate ymmo gene
ratur humor vehemencioris frigoris et cru-
dus indigens tempore longo in sui alteratio
ne et tranimutatione laudabiliores tamen sũt
ventres animalis lactantis ex humiditate et
veloci digestione ipsorum et postea dixit quod vẽ
tres et intestina sunt tarde digestionis et gene
rant fleuma. cõfirmat autem hec Galienus in
libro de euchimia et cachomia dicens partes
que in animalibus difficile sunt digestibiles
sunt intestina venter et matrix. Ysacb autem in
dietis particularibus sic inquit. venter omniũ
volatilium lacertosus est et durus ad digeren-
dum sed si digeratur multum dat nutrimẽtum
omnibus tamen ventribus anserinus est meli-
or et laudabilior propter copiam sue humidita
tis post hunc galli nascentis venter commẽda
tur Confirmat hoc Auicenna secũdo canone
ca. centesimo quadragesimosexto inquiens. vẽ
tres anatum et anserũ sunt suaues Et idem di-
cit secundo canone capitulo. cxxxxvij. ventres
auium quando digeruntur sunt melioris nutri
menti quam aliorum et precipue gallinarum et anserũ. de
intestinis vero scribunt doctores quod sunt ma
lorum chimorum generatiua precipue Ysaacb cũ in
quit membra remota acute et ossibus sunt in
digestibilia et copiam malorum chimorum ge
neratiua. qua de re in frequenti vsu comeden
di sthomacus et intestina relinquẽda sunt ad pre
seruandã sanitatem tempore pestis propterea
quia snut male digestionis et male nutribilia
permaxime intestina vituperantur. Quid aũt
dicendum sit de natura epatis et splenis et de
nutrimento eorũ laudabili uel illaudabili doc
tores medicine in suis spalteriis scribũt quales
epar in viuente corpore dignitates habeat.
et mortuum quoque epar quasdam alias habet
proprietates et bonitates cum plurimũ faciat
ad nutrimentũ. Nunc autem de mortuo epa-
te quia est ad propositum presentis lecture est
dicendum vt ysaacb in particularibus dietis
inquit. epar omnibus membris grossius est et
durius digestioni sanguinem tamen generat
laudabilem. nutribilius est carne non habente
pinguedinem sed lactantium epar ceteris est
melius. galline melius quam lactantium preci-
pue si galline nutrimẽtum fuerit de farina triti
ci cum lacte distẽperata et ficubus et hec fuit
sentẽtia. Galieni in tercio de alimentis capitu
lo vndecimo inquientis. Epar quidem omni-
um animalium grossi chimi est et quasi indi-
gestibile et tarde putrifationis existens. hoc
dictum confirmat Auicenna secundo canone
capitulo. ccxxxiij cum inquit humor genera-
tus ab epatibus est grossus et sanius ex eis est epar
anatis pinguis et gallinarũ pinguiũ. Similiterque
Rasis in. 3. Almã. ca. xi inquit epar calidũ est et
humidũ quod tarde digeritur et graue existit cũ quo

cõsonare videtur Haly abbas quinto theori-
ce ca. vigesimosecũdo dicẽs epar cõplexione
pollet calida ⁊ humida sapor ei iocundus est
sed est digestioni immorans ꝙ si digeritur plu
rimo pascit corpus cibo ⁊ sanguis ex eo gene-
ratus laudabilis existit laudabilius autem om
nibus ⁊ iocundius est anseris inpinguate cum
pasta ⁊ lacte deide gallinaꝝ inpinguataꝝ post
ꝙ porcine ⁊c̃ Eligantur itaqꝫ epata anserum
anatum pinguiũ et gallinarũ saginatarũ dein
de porcoꝝ etiãqꝫ alioꝝ aĩaliũ lactanciũ ad ꝯser
uandam sanitatem tempore pestilẽcie· Restat
amplius inquirere de vtilitate iuuamẽto ⁊ no
cumento splenis ·si aliquid in viam cibi et nu-
trimenti faciat ad ꝯseruandã et p̃seruãdã sani-
tatẽ tẽpore pestilẽcie ⁊ secũdum Galienũ ter
tio alimẽtorum capitulo. xi. dicente· splen qui-
dem neqꝫ ad gustum bene delectabilis est ⁊c̃
meritoqꝫ cachochimus esse creditur melẽcoli
ci sanguinis generatiuꝰ; existens idem dicit ha
ly abbas ·v· theorice capitulo ·xxii· cũ inquit ex
splene sanguis generatus malus est et ad cole
ram declinans nigram et animalium splenes
saginatorum minus mali sũt ꝙ macrorum ꝓp-
terea splen aũt porci melior est ceteris ꝓpter
sue substancie raritatem et subtilitatem ut dix
it ysach eciãqꝫ hoc voluit Aui. ij. canone ca-
pitulo sexcẽtesimo vigesimoprimo inquiens.
melior splenum est splen porci cum hoc tamẽ
est mali chimi. in ipso enim est stipticitas que-
dam ⁊ generat sanguinem melãcolicum et est
tarde digestionis ꝓpter suam stipicitatẽ. qua
de re cõcludere possumus ꝙ pretermittamus
cõmestionem splenis in viam cibi et nutrimẽti
q: melãcolicũ generat sanguinem ⁊ illaudabi-
lem ⁊ malum Ideoqꝫ in preseruatione a pesti
lentia vsus comedendi est malus: De natura
cordis mortui ⁊ pulmonis quantum in viam
cibi ⁊ nutrimenti faciant ad conseruandam sa
nitatem tempore pestis est ostendendum; quo
niam uiuens cor erat membrum principale cu
ius virtutes erant potẽtes in corpore ac effec
tus maximi virtutum organum in coporis me
dio vel vt fornax situm vt ait consiliator diffe
rentia. xxxi· auctoritate zoar ⁊ cũ viuens cor
sit plus omnibus mẽbris sanguineum ⁊ plus
eis calidum vt Galienus in primo de comple
xionibus capitu. ix. ⁊ est fundamẽtum ⁊ quasi
fons caloris naturalis ⁊ virtutis vitalis vt as-
serit Galienus v. de interioribus capi. primo
Sed mortuum autem cor inter uilissimas cor
poris partes via nutrimenti computatur vt in
differentia; vigesimaquarta cõsiliator ait quo
niam materialis cordis complexio quam sum
sit ex miscibilium mixtione frigida est ⁊ sicca
ideoqꝫ fortis extat texture ac cõpacte: Ad qđ
adiuuat humidum conculcatum in id ipsum
quod oportuit vt obstaret motibus ⁊ ꝑcussi-
onibus et caloribus propter quod super id si
ta in eo fuit pinguedo quedam equiuoca ta-
men est ipsum dure digestionis et delacionis
idest penetrationis ⁊ melancolici magis alimẽ
ti hec sensit ysach in ꝑticularibus dictis inqui
ens· Cor dure est substancie et nature lacerto
rum pertinens. tarde de stomaco eicitur bene
tamen digestũ multum nutrit Haly abbas. v.
theorice capitulo vigesimosecũdo hijs dictis
concordat dicens; cor solidum est et digestio
ni inobediens valde. et fuit sentẽtia galieni in
tercio de alimentis capitulo duodecimo scri-
bentis· cor quidem durum est. ⁊ ꝓpter hoc in
digestibile ⁊ tarde penetrationis si autẽ dige-
ratur bene alimentum non paucum dat corpo
ri Concludamus ergo ꝙ cor vt cibus frigide
⁊ sicce coplexionis existit cum sit arteriosum ⁊
neruosũ satisqꝫ omnia frigida sunt ⁊ pauce car
nis Ideoqꝫ aut dimittatur omnino aut eliga
tur ex iuuenibus animalibus ⁊ pinguibus ⁊ si
cũ sale ⁊ pipere ⁊ cimino comedatur ⁊ remo-
uet nocumentũ eius qua de re in viã cibi ⁊ nu
trimenti in regimine preseruatiuo pestilẽtie raro
comedatur De natura autem pulmonis ⁊ sub
stantia eius aliquit dicemus ex sententia Aui.
prima primi captulo secundo de complexioni
bus membrorum dicẽtis Scire tamen debes
quod pulmo pro sui substantia ⁊ natura nõ est
humidus vehementi humiditate omnis enim
complexio mẽbri naturalis similis est ei quo
nutritur ⁊ secudum suam accidentalem com-
plexionem assimilatur ei quod ab ipso super-
fluit: Pulmo autem nutritur calidissimo san-
guine ⁊ multo admixto calore ⁊ galienus. vi.
de vtilitate parciũ capi. octauo inquit in ipso
enim multa humiditatis superfluitas colligi-

tur ꝓpter illud ꝙ ad ipsum ascẽdit de vapore
corporis ⁊ propter id ꝙ descendit ex catarris
Ex hijs dictis Auicenna scribit ꝙ pulmo du-
as habet conplexiones vnã naturã que decli
nat ad calidum ⁊ siccum respectu epatis quia
nutritur sanguine colerico secundũ vero acci
dentalem declinat ad frigidum ⁊ humidũ sed
quia ista cõplexio accidẽtalis est diu stans ⁊
morãs in porositatibus pulmonis ideo dicũt
doctores ꝙ nutrimentum generat flecmaticũ
idest generat fleuma vt Rasis.iij. almansoris
inquit:pulmo tarde digeritur parumqꝫ nutrit
⁊ est frigid⁹ Haly autem abbas v. theorice ꝙ
pulmo parum nutrit ⁊ fleuma generat :confir
mat hoc Aui.ij.canone capitulo˚.ccccc.lxxiij.
scribens pulmonis nutrimentum est paruum
declinans ad flecmaticum etiamqꝫ Rasis xxv.
continentis capi..ccc.xxxxiiij.inquit pulmo le
uioris digestionis est epate ⁊ splene iuxta mo-
dum raritatis corporis ipsius tamen minoris
nutrimenti est:nutrimentumqꝫ eius est fleuma
ticum hec fuit sententia Galieni in.iij.de ali-
mentis capitulo xi.dicentis pulmo digestibili-
or est epate ⁊ splene ⁊c̃.Qua de re concludẽ-
dum ꝙ pulmones in viam cibi ⁊ nutrimẽti di
mittantur ⁊ raro comedantur in regimine pre
seruatiuo febris pestilẽtialis:De oculoꝝ ⁊ lin
gue ⁊ testiculoꝝ renũ vberꝝ ⁊ pedũ naturis vlti
mo ẽ dicendũ si ꝯuenientes laudabiles sint vl'
ecõtra in viã cibi ⁊ nutrimẽti ad ꝑseruandam
sanitatem tempore pestis: Primitus autẽ de
oculis sermonem breuem faciamus quia raro
de eis homines vescuntur de natura eoꝝ non
viuentium ꝓut ad cibum veniant considerare
debemus secundum intentionẽ Ysaach in die
tis particularibus dicens˚oculi sunt ex diuer-
sis substantijs compositi habẽt enim lacertos
pinguedinem'pelliculas ⁊ humores quantum
aũt ex parte pinguosa ꝑtinent calori ⁊ humidi
tati: Quantũ vͦo ex parte pellicularũ attinẽt
frigidati ⁊ siccitati: Ideo vͦ pinguib⁹ animalib⁹
occuli sunt frigidi ⁊ humidi de macillentis fri
gidi sunt ⁊ sicci ⁊ post subdit ipse Jsaach: Et
licet oculi facilius ceteris membris digerãtur
tamen ob pinguedinem sibi admixtam habent
indigestionem quandam ꝓpter hoc non com-
medantur nisi cum aceto sale ⁊ pipere ⁊c̃ istud
dixit Galienus in libro de enchimia ⁊ cacho-
mia capitulo quarto cum inter partes anima-
lium difficile digestibiles oculos enumerat q̃
de re de eis raro est vtendũ in regimine preser
uatiuo pestis˚De nõ nimẽte lingua aliud scri-
bemus ꝓut in viã cibi et nutrimenti est iuuati
ua et laudabilis ad cõseruandã sanitatẽ. Ideo
qꝫ de natura lingue aliquid dicamus cũ haly-
abbate quinto theorice capitulo xxi.inquiens
lingue caro tẽperata est ⁊ digestioni obediẽs
eiusqꝫ nutrimentum est inter multum ⁊ modi-
cum vt Jsaach inquit lingua inter lacertos ⁊
teneram carnẽ est mediocris: Idcirco sola cõ-
mesta dat nutrimentum inter durum ⁊ molle
⁊ mediocre que si cum lacerto substantie eius
iuncto manducetur erit laudabilior faciliusqꝫ
digeritur: Auicenna vero ij.canone ca.cccc.
xxxxv. inquit lingua est substantia composi
ta ex carne laxa in qua penetrant vene ⁊ ner-
ui ⁊ lacerti ⁊ humor eius est humidus ⁊c̃. Ea
propter cõcludamus ꝙ vtile ⁊ bonum est lin-
guis laudabilium animaliũ vti in preseruatio-
ne febris pestilentialibus

Capitulũ xxiii. in quo fiet declaratio de
ouorum natura ⁊ eorum complexione
tamqꝫ de cibo magis hominibus visitato
si in viam cibi et nutrimenti vtiliora dicã
tur tempore pestis


Eclaratione facta de carnibus
omnibus magis visitatis in viã
cibi et nutrimenti ad preseruan
dum corpus humanum a pesti
lentia: Post dicendum erit de
ouorum natura ⁊ eorum complexione tamqꝫ
de cibo magis visitato in viã cibi ⁊ nutrimẽti
ad preseruandũ a pestilentia si oua iuuatiua ⁊
vtilia vel nocitiua ⁊ inutilia dicantur: Dica-
mus ergo de hijs cum Rasi iij. Almãsoris ca.
decimoquarto inquiẽte ꝙ plurimum oua ad
sanitatem pertineant cum ipsa oua aliquando
vicem carnis retineant ⁊ Rasis addit in eo-
dem capitulo quod galline ⁊ perdicis oua tẽ
perata sunt ⁊ cõuenietia: vitellus quoqꝫ in ca
liditate temperat⁹ existens bene nutrit: albu-
mẽ vero frigidũ est ⁊ viscosum dureqꝫ digerĩt

Sanguis enim ex eo generatus nõ est bonus
etiamqꝫ Ysaacb scribit in dietis vniuersalibus
capitulo xvij. dicens ꝙ oua in natura idest cõ
plexione vniuersaliter temperata sunt ⁊ medio
cria complexioni bumane vicinãtia ⁊ boc inu
it Isaacb dicens vitella ouorum sunt tempe-
rata ⁊ calori naturali viciniora: Ideoqꝫ ad di
gerendũ velotiora ⁊ faciliora ⁊ maxime si de
iunioribus fuerint volatilibus ⁊c. ꝙ sensit Ga
lienus in sexto terapẽdice capitu. v. dicens de
bilibus magis sunt danda vitella ouorum al-
bumen autem ipsorum difficile digestibile est
istas sententias confirmat Auicenna secundo
canone capi. ꝓprio scribens natura idest com-
plexione sunt ad equalitatem tendentia oua
sed eorum albumen ad frigiditatem ⁊ vitellus
ad caliditatem ⁊ ambo sunt bumida precipue
albumen: ⁊ post addit inferius ꝙ meliora oua
sunt sorbillia cocta in aqua ⁊ sunt melioris pe
netrationis: Sed que oua sunt meliora ⁊ nu-
tribiliora ⁊ magis eligenda: Dicendum est vt
Isaacb ait in doctrina. v. Oua gallinacia ⁊ ꝑ
dicum temperatiora ⁊ laudabiliora sunt cete-
ris ⁊ maxime masculum babentia bene nutri-
unt ⁊ iuniorum oua sunt meliora quam veterꝝ
⁊ grassorum qꝫ macrorum: Ea propter. Isaac
in doctrina prima inquid oua recẽtia sunt lau
dabiliora quia calor naturalis eorũ est fortior
ꝙ testatur boni odoris suiqꝫ saporis accepta-
bilitas propter bec bene nutriunt atqꝫ calorẽ
confortãt naturalẽ vetusta vero pessima sunt
vnde corruptibile generant nutrimentum: ca-
lor enim naturalis eorũ est defectus: Ideoqꝫ
malorum bumorum putredinem cicius sube-
unt ⁊ quanto vetustiora tãto erunt deteriora
Idcirco Isaacb in dietis particularibus inqt
anseris oua sunt bonitatis aliqiut babentia ⁊
licet sint grauia duraqꝫ ad digerendum tamen
si calor erit fortis ipsaqꝫ bene digerantur ⁊ nu
tribiliora erunt ⁊ magis confortantia peiora
istis sunt oua esturcij ⁊ sunt grauis odoris pe
iora omniũ sunt pauonis oua ꝓpter borribili
tatem sue carnis: vlterius est declarandũ mo-
dũ coquendi oua quorum sanitatis conserua-
tor debet docere que melior ⁊ vtilior sit eorũ
coquendi modus ad conseruandum a peste: ⁊
ex sententia doctorum antiquorũ ⁊ moderno

rum dicendum est ꝙ multipliciter oua coquũ
tur ⁊ preparantur: sed de bijs preparationibꝰ
de magis vsitatis scribere debemus scilicet ꝺ
assatis ⁊ elixis etiamqꝫ de frixis ⁊ dixerunt ꝙ
oua elixa sũt laudabiliora ⁊ meliora ipis assatꝭ
⁊ frixis ⁊ ꝑ. Haly abbas v. theorice capi. xxvi.
inquiente Competentius autem ouum quod
sumitur est elixatum in aqua non multum de
coctũ vt durum fiat sed media tãtum matura-
tione decoquatur: ꝙ etiam sorbille vocatᷣ boc
autem citius digeritur ⁊ melior est cibus: du-
rum autem ⁊ lapidosum ⁊ patellatum malum
est ⁊ difficile digestionis bumorem generat
grossum facitqꝫ opilationem ⁊ lapidem in reni
bus ⁊c. ⁊ boc inuit serapio cum inquit ouum
semicoctum sorbile est magis nutritiuum qꝫ
alio modo cõmestum ⁊ est sententia Galieni
in libro de eucbimia inquiens oua que mode
rate sunt cocta propter quod tremula vo-
cantur meliora sunt alijs ⁊ ad digestionem ⁊
eucbimiã ⁊c: propterea Ysaacb in quinta doc
trina capitu. xvij. inquit oua assata elixis sunt
grossiora ⁊ ad digerendum duriora quia focꝰ
substantialem eorum bumiditatem desiccat ⁊
in particularibus dietis Isaacb inquit oua in
caliditate ⁊ bumiditate sunt temperata ⁊ bu-
mide complexioni similia sed tamen si assentᷣ
ab igne calorem suscipiunt ⁊ siccitatẽ si vero
cum aqua fuerint elixa bumiditatem sumunt
ꝓinde minus desiccatiua magisqꝫ coleris miti
gatiua ⁊ addit oua assata sunt grossiora ⁊ du
riora addigerendũ ipsis elixis ⁊c. Itẽ Isaacb
vbi supra dicit oua elixa cũ corticibus suis pe
iora sunt qꝫ fracta in aqua quia fumositatem
repugnãt exteriꝰ exire ⁊ oua in aq̃ facta melio
ra sunt bijs q̃ cũ corticibꝰ elixãtᷣ qꝛ calor aque
tꝑate penetrat ⁊ grossitiẽ suam subtiliat ⁊ au
fert sibi grauitatẽ sui odoris. Ideoqꝫ sunt lau-
dabiliora ceteris assatis ⁊ frixis nam in doctri
na quinta Isacb capitu xvij. inquit ꝙ oua fri
xa pessimos generãt cbimos ⁊ fastidia ⁊ i doc
trina ꝑ. sic inquit oua frixa ceteris deteriora ⁊
grossiora citoqꝫ in fumositatẽ ⁊ colericos bu
mores ⁊ in putredinẽ cõuertibilia quare sunt
causa fastidij ⁊ abbominationis quia cõuersa
in putredinem quit bonorum cibariorꝝ in sto-
macbo inueniunt putrifatiũt. Ex omnibꝰ bijs

dictis satis apparet que sit ouorum ꝯplexio ⁊
que vtilitas ad sanitatem ꝯseruandam ⁊ ꝓser-
uandā. sicqꝫ ex supioribus ꝯcludere possumꝰ
ꝗ oua elixa sorbilia que tremula vocātur meli
ora sunt ⁊ laudabiliora alijs in preseruatione
pestis. oua autem assata ⁊ ꝑmaxime frixa sunt
illaudabiliora ⁊ mala per ante dictas rationes
a doctoribus enarratas

Capitulum vigesimum quartum in q̄ de-
monstratio fiet de lactis natura idest com
plexione ⁊ ipsiꝰ vtilitatibus in viā cibi ⁊
nutrimenti ⁊ de iuuamento lactis boni ⁊
nocumento mali. Etiamqꝫ ostendemus q
bus corporibus ⁊ eorum naturis lac bo-
num ⁊ electum conueniat ad sanitatem ꝓ
seruandam tempore pestilentie



E lactis natura siue complexio
ne primitꝰ inquirendum est ꝓp
ter preseruandā tempore pestis
sanitatem ⁊ dicere possumus ꝗ
Galieni sententia est quarto de
simplici medicina capitulo vltimo ꝗ lactꝭ com
plexio declinans est ad frigitatē inquiens lac
quamuis sit suaue tamen nō alteratur per se ip
sum ad amaritudinem ⁊ istud est qm̄ frigiditas
in ipso est vincens caliditatem ⁊ non caliditas
frigiditatem ⁊ cetera. Etiāqꝫ. Auicenna secun
do canone capitulo. cccc xxxviij sic ait lac bo-
ni chimi est ⁊ facit exuberare sanguinem aug-
mētū faciens in cerebro ⁊ est ꝓpinque digesti
onis cū sit generatum ex sanguine quod est in
summo digestionis cui supuenit digestio q̄dam
alia quamuis fiat ex membro ꝗ ad frigus de-
clinat ꝓpterea lactis complexio parumper ad
frigus declinat. Haly abbas autē quinto theo-
rice capitulo xxvi. inquit lac vniuersaliter frigi
dum est ⁊ humidum. similiterqꝫ. Almansor li-
bro tertio capitu. xv. inquid lac recenter mul-
ctum tēperamēto existit vicinū licet frigiditati
⁊ humiditati parumper approximet ꝗ corpꝰ
humectat ⁊ inpinguat. ethicis īsuper ⁊ ptisicis
necnon sicce tussi ⁊ ardori vrine confert quas
scilicet operationes minime faceret nisi frigi-
dum ⁊ humidum foret ⁊ Galienus vbi supra
dat rationē scilicet ꝗ frigiditas lactis vincit ca
liditatem quoniam lac compositū est ex tribus
substantijs diuersis in qualitate quarū vna est
substātia grossa ex qua fit caseus. ⁊ secūda est
pinguis ex qua est butirum recens ⁊ coctum
tertia est aqua que dicit̄ aqua casei ⁊ vnicuiqꝫ
harum trium substātiarum inest complexio sibi
ꝓpria. substantia vero pinguis est maioris eq̄li
tatis in cōplexione. ⁊ substantia grossa est fri-
gida in equalitate cōplexionis. sed aq̄ est frigi
da ⁊ humida ⁊ cum res sit secundū ꝗ narraui
tūc caliditas tocius lactis est sub ea caliditate
tocius corporis temperate cōplexionis vt cō-
siliator declarat in differentia. cxlviij inquiens
⁊ si lac sit sanguis secūdo coctus secūda tamē
decoccio eidem non caliditatem sed pocius in
ferat frigiditatem propter māmillarem carnem
glanduolosam frigidam ⁊ humidam existentē
sicut enim spiritus animalis bis decoquit̄ pu-
ta ī corde ⁊ in cerebro ita lac in epate ⁊ māmil
lis ⁊ cetera Ex quibꝰ apparet ꝗ licet lac decli
net ad frigidum ⁊ humidū hoc tamē est parū
hijs dictis Galieni ⁊ alioꝝ doctoꝝ antiquoꝝ
videtur contradicere. Ysaach in dietis vniuer
salibus doctrina quinta capitulo. xvij inquiēs
lac dulce vicinius māmillas exiens calidū est
in medio primi gradus vel in inicio secundi ꝗ
monstrat saporositas sua ⁊ saporis sanguinis
vicinitas ⁊ facilis in eum mutabilitas ⁊ cetera
Ad remouendam istam contradictionē est no
tandum ꝗ dupliciter cōsiderare possumus cō
plexionem lactis vnomodo absolute proculdu
bio calidum dicitur cum dulce sit ⁊ sic intelli-
git Ysaach. aliomodo comparando lac corpori
temperato frigidum ⁊ humidum erit vt Galie
nus probauit loco superius dicto de lactis vti
litatibus in viam nutrimenti. secundum senten
tiam auctoꝝ est dicendū ꝗ omnes antiqui cō-
cordati sunt ⁊ rationibus confirmant ꝗ omni
cibo melius nutrit corpus ex quo facile in san-
guinem mutatur sicut lac quia nulla res lacte
nutribilior existit vt. Auicenna secundo cano-
ne capitulo . cxlviij lac quidem est nutrimentū
⁊ equat chimos ⁊ cōfortat corpus ⁊ cetera h̄
sensit. Rasis tertio almāsoris ca. xv. dicens cor
poribꝰ siccis lac optimum nutrimentū atqꝫ intē
periē ducit. sanguinem quoqꝫ atqꝫ sperma aug
mentat idem dicit Galienus in libro de regimi
ne sanitatis etiamqꝫ tertio libro de alimen-
tis ⁊ confirmat Auerrois in quinto colliget ca

pꝛtuio de humiditate animalium vbi inquit ꝙ
ſi coꝛpus eſt mundum nichil cōuenientius eſt
lacte ad reſtaurandū quod diſſolutū eſt ex mē
bꝛis radicalibus ⁊ ꝓpꝛie lac mulierum ſecun-
do lac aſinaꝝ ⁊ poſtea lac capꝛarum. Ideoqꝫ
lac magis iuuatiuū eſt omnibus alijs rebus
ethicis ⁊ hoc eſt ꝓpterea quia eſt materia ſi-
milis pꝛime materie ex qua eſt humiditas radi
calis ⁊ ideo lac nutrimentum bonū coꝛpoꝛi ex
iſtit . etiamqꝫ Yſaac in dietis vniuerſalibus di-
cit lac femininū ⁊ capꝛinum temperatum eſt ī
tribus ſubſtantijs ſuis ⁊ perfectū generat nu-
trimentū ⁊ tēperatū Omnia que dicta ſunt de
vtilitate ⁊ bonitate nutrimenti lactis intelligē
dum eſt ꝙ lac enchimiſſimum ex ſanis ⁊ mun
dis animalibus debet eſſe vt ſcribit Galienus
in libꝛo de enchimia. lac eſt bonū animaliū eu-
craſiam habentiū vt dicit. Yſaac omniū lac eſt
laudabiliſſimū quodcūqꝫ ſubtiliſſimum eſt ⁊ c̄
electum lac quatuoꝛ qualitates habet coloꝛē
albiſſimum clarū acitrinitate ruboꝛe ⁊ liuidita-
te liberū odorē odoriferū ⁊ ab hoꝛroꝛe ⁊ gra-
uitate alienū liquoꝛem inter ſubtilem ⁊ groſſū
mediū ⁊ ſi gutta ſuper vnguem aut aliud coꝛ-
pus ſolidū politum pꝛoiciatur remanet conti-
nua inferius lata ⁊ ſuperius acuta ſapoꝛem ac
ceptabilem, ab amaritudine ſalſitate acetoſita-
te liberū vt dixit Yſaac vbi ſupꝛa. lac vero ma
lum ⁊ inutile habet qualitates nūc dictas con
trarias ⁊ ꝑ conſequens lac malū nō ſolum eſt
inutile etiāqꝫ ꝑmaxime nociuū quia in ſtoma-
cho coagulatᷣ ⁊ peſſime infirmitates inde ge-
nerantur nam lac malum nō ſolū coꝛrumpitur
ſed eciā omnes laudabiles chimos confundit
vt inquit. yſaach vbi ſupꝛa ⁊. Auicēna ij. cano
ne nō eſt aliqͥt nocibilius coꝛpoꝛi qꝫ lac malū
Galieno confirmante pꝛimo de regimine ſani-
tatis lac malum eſt groſſum caſeatū ⁊ liquidū
⁊ liuidū ⁊ inequale in ſubſtantia amarū vel ſal-
ſum vel ꝙ aliā ineptam qualitatē habeat. ſimi
liter illud ꝙ odoꝛe non erit delectabile. lac igitᷣ
malum erit cū ſpiſſū ſeu groſſū vel nimis aquo
ſum fuerit vel alia mala affectus qualitate vel
nō de laudabili animali q̄ de re dicitᷣ locoꝰ pꝛe
allegato lac quidem omnis animalis cuiꝰ pꝛeg
nacio ē ꝓlixioꝛ pꝛegnatione mulierū eſt malū
pꝛopter hoc lac animaliū quoꝝ carnes ſūt fe
tide ⁊ longinque a natura hominis eſt malum
vt carnes vrſi leonis ⁊ ſimiliū vt dixit ſerapio
⁊ poſtia addit ſimiliterqꝫ lac ꝓpinquū partui:
⁊ vernale ⁊ ī inicio veris vel in poſtremo eſtatᷣ
autumnale ⁊ yemale ē fugiendū lac quoqꝫ ani
malis veteris aut non ſani aut macri vel paſti
ex malis herbis humidis nimiū ⁊ aquoſis vel
ex ſolubilibus ⁊ talia omnia lactis genera ſunt
deteſtanda ad conſeruandam ſanitatem quan
to magis tempoꝛe febꝛis peſtilentialis. nunc li-
cet oſtendere quibus coꝛpoꝛibus ⁊ naturis lac
electum ⁊ temperatum conueniat. ⁊ poſſumꝰ
dicere ſecūdum mentem ſapientum antiquoꝛū
⁊ modernoꝝ ꝙ lac quantūcūqꝫ bonum cōue
nit conſiſtentibus ⁊ ſenibus non fleumaticis:
ſed calidis ⁊ ſiccis in cōplexione ſi ſtomacum
a malis humoꝛibus mundificatum habuerint
⁊ ſi bene ipſum lac digerunt ⁊ eius complexio
ne, ⁊ ipſius cōmeſtione nullū perceperint nocu
mentū q vero nō habuerint has ꝯdiciones eis
minime conuenit quantumqꝫ lac de ſe perfec-
tiſſimum exiſtat hoc declarat Auicēna vbi ſu
pra dicens. lac nocet fleumaticis quoniam ca-
liditas eoꝝ nō ꝯuertit eum ad ſanguinē ſicut
oportet ⁊ propter hoc confert habentibus cō
plexionem calidam ⁊ ſiccam cum in ipſoꝛū ſto
machis non eſt colera ⁊ infra inuit lac coueni-
ens eſt conſiſtentibus qꝫ adoloſcentibꝰ calidā
habentibus complexionem ⁊ etiam conuenit
ſenibus pꝛopterea ꝙ humectat ⁊ remouet
pꝛuritum qui ei eſt pꝛopꝛius. etiamqꝫ Yſach in
loco allegato voluit cum dixit. ſi quis lac acce
perit ſtomacho non mundificato coꝛpoꝛe non
temperato cito mutatᷣ in fumoſitatē colerāqꝫ
nigram generat ⁊ fumoſam eructuationem ca
lidis vel acetoſitatem ⁊ putredinem frigidis ⁊
poſt ꝯcludit ꝙ lac nō ſit accipiendum niſi coꝛ
pus ſit temperatum ⁊ ſtomachus inanitus de
colericis ⁊ fleumaticis humoꝛibus pꝛopterea:
Auerꝛois. v. colliget dicit lac recipit inmutati-
onem cicius omnibus alijs rebus ab aere ⁊ ſi
militer permutatur in diſtemperatis coꝛpoꝛibꝰ
ex malis humoꝛibꝰ ⁊ acreſcit ⁊ caſeatur in ſto-
macho frigido aut in fumoſū conuertitur in ſto
macho calido ſed ſi coꝛpus ſit mūdum nichil
eſt conueniencius eo lacte ad reſtaurandum ⁊
cetera . Ideoqꝫ vltra iſta dicta de lacte nobis

necessarium est obseruare ad preseruandam sanitatem ꝙ lac sit recẽter mulctum vt. Galienus quinto de ingenio sanitatis capitulo. xij. scribit inquiens studendum est vt lac mox ab vberibus sugatur ne quomodolibet ab aere tãgatur ⁊ racio doctorum est quoniã lac in sua substancia est velocis conuersionis idest corruptõnis vt. Auicenna vbi supra ⁊ tercio. Almansoris capitulo. xv. inquiens conuersio lactis est velox ⁊ experiẽtia illud docet quia facile accrescit si ex vbere non sugatur permiscendum est cum eo salis ⁊ mellis modicũ vt in stomacho minime coaguletur ⁊ dixit ysaacb in dietis vniuersalibus dicens Si mel ⁊ parum salis in lacte apponãtur nũq̃ coagulabitur ⁊ similiter inquiunt õnes auctores qua hora lac bibẽdum sit quia est res vtilis ⁊ necessaria ad custodiẽdam sanitatem breuiter dicamus vt ysaacb in locis preallegatis dicit ꝙ lac bibẽtes ieiunos esse oportet ⁊ bibãt cũ exit vbera neq̃ aliquit comedant quousq̃ digeratur Ideoq̃ Auicenna in fen. iij. primi. d. ij. capitulo. vij. inquit lac cũ rebus acetosis comedendũ nõ est neq̃ pisces cum lacte qm̃ inde peruenitur ad egritudines pernecantes sicut lepra ⁊ huiusmodi quãta quantitas lactis bibenda sit inquit ysaacb ꝙ scd̃m digestiue stomachi tollerãciam accipiatur ⁊ hoc scd̃m etates ⁊ complexiones nam naturã grauat ⁊ capiti ⁊ stomacho infert nocumentun si sumatur vltra quam oportunum fuerit nã in virtute digestiua a pauca lactis quãtitate incipiendum est ⁊ post ad maiorem virtus autem stomachi digestiua demonstrabit quid cuilibet stomaco tribuendũ sit qd amplius debes attendere ꝙ post lactis comestionẽ non bibere non comedere nec alium potum ⁊ cibum demus. vt Auicenna secundo canone capitulo proprio ille autem qui bibit lac post ipsum quiescere oportet vt non corrumpatur ⁊ non acrescat verum oportet vt non super ipsum dormiat neq̃ super ipsum cibum aliũ suscipiat donec descẽdat neq̃ super ipsum bibatur vinũ quoniã alterat ipsum ⁊ coagulat ⁊ penetrare facit indigestum. Ex hijs prenotatis concludendum est ꝙ assidua ⁊ frequentata lactis cibacio vel assumptio in regimine ẜseruatiuo a pestilencia est neganda: licet lac sit bonum cũ conditiõibus requisitis ⁊ a proprietate specifica conferat corpori humano vt inquit Auicenna secundo canone Quia lac cum corporibus proporcionalitates habet quarum cause non ꝯprehenduntur veruntamen quia facillime lac corũppitur vt dictum fuit superius etiãq̃ quia opilationes causat in venis meseraicis ⁊ in venis epatis vt Auicenna loco allegato propterea in febribus putridis non conuenit quanto magis in regimine preseruatiuo ⁊ curatiuo febris pestilentialis

Capitulum vigesimum quintũ in quo declarabimus iuuamenta ⁊ nocumenta casei in viam cibi ⁊ nutrimenti si ad esum sit laudabilis vel illaudabilis ad preseruandam sanitatem tẽpore pestilencie



Cum caseus ex grossa lactis substantia efficiatur de iuuamento ⁊ nocumento casei in viam cibi ⁊ nutrimẽti tempore pestilentie in regimine ẜseruatiuo si ad esũ sit laudabilis vel illaudabilis est inquirendum ⁊ possumus dicere ex doctrina doctorum ꝙ caseus recens est bonus ⁊ melior ad preseruãdã sanitatem ⁊ ipsum conseruandã. illaudabilior vero caseo plurimum salito vt Rasis. xxij cõtinentis ait. Caseus recens eadem hora factus est frigidus respectu aliorum quia retinet adhuc naturam lactis quia multũ aquositatis habet ⁊ si in eo non est sal nec coagulũ ardens ⁊ acutum per que acquirat caseus caliditatem ⁊ siccitatem ⁊ non potest hic caseus conseruari sed debet comedi eo die quo fit ⁊ tunc est boni saporis ⁊ non grossi chimi ⁊ post subiũxit Rasis dicens. Caseus recẽs nõ salitus valet ad stomachũ calidũ de leui accidit ad mẽbra auget carnem lenit ventrẽ qui licz stomacho frigido non conueniat tamen calidum habentibus stomachũ cõfert hoc cõfirmat. Auicenna secũdo canone ꝙ caseus recẽs sine sale est frigidus ⁊

humidus in tercio ⁊ est nutritiuus ⁊ inpingua
tiuus est tamē malus stomacho sed ipse refert
ꝙ diascorides dixit ꝙ caseus recēs est bonus
stomacho ⁊ in hijs dictis est ambiguitas licet
confirmet dictum Diascoridis Ysaach capitu
lo.xvij doctrine quinte inquiens. Caseus ca-
rens sale est nutribilior salito humectans cor-
pus ⁊ magis carnis est augmentatiuus ⁊ non
tantum stomacho nocens Auerrois autem
v. colliget inquit caseus recens frigidus est ⁊
humidus grosseq; substātie ⁊ fuit intencio Ga
lieni in tercio de alimentis capitulo.xvi. inqui
ens recens caseus omnibus caseis est melior
qm̄ ipse delectabilissimus est ad esum innoci-
uus stomacho ⁊ cetera sed. Ysaach in doctria
prima contrariatur. Auicenne scribens caseus
recens minus ceteris est calidus ⁊ acutus vn̄
vicinū ē frigiditati ⁊ humiditati quasi in primo
gradu ⁊ hoc est propter humectacionem ⁊ lac
tis aquositatem in se contentam quare ceteris
est nutribilior ⁊ ventrem humectat absq; vllo
stomachi forti nocumento, licet necessarium sit
ꝙ caseus recens non sit plurium dierum quo-
niam in acetositatem mutari suspicabitur prop
ter hoc ipse Ysaach comendat caseum recen-
tem modicum salis habentem ⁊ innuit caseus
recens parum salitus melior est non salito sed
multū vero salis habens fit siccus ⁊ mordens
stomachum ⁊ incendens sanguinem vt Aui-
cenna inquit secūdo canone capitulo proprio
salitus est malus stomacho propter hoc gene-
nerat melancoliam. Jdcirco caseus vetus salsꝰ
est magis reprobandus cum non pauciora in
corpus inferat nocumenta vt quinto theorice
Hali abbas propterea omnis quidem caseus
quanto propinquior est recenti minus malus
est ⁊ quāto amplius vetꝰ ⁊ difficilioris erit di
gestionis ⁊ opilationem generat in epate ⁊ in
renibus calculos. Amplius est declarandum
ex quo lacte caseus est melior ⁊ dicendum ꝙ
caseus ex lacte ouino est vtilior vaccino cum
sit factus ex lacte: cuius complexio est melior
p̄cipue qa lac ouinū factū in mense maij est lau
dabilius quocunq; alio lacte cum lac vernale
in vltimo veris ⁊ in inicio estatis sit omni alio
conueniētius. Jdeoq; caseus factus ex illo est
quocunq; alio melior ⁊ laudabilior ⁊ quāuis
caseus vaccinus sit nutribilior est tamen vnc-
tuosior Similiter caseus ex lacte ouino melior
est caprino ⁊ quamuis caseuscaprinus sit fac-
tus ex lacte temperatōni ōnibus tamen caseis
est deterior quia statim exsiccatur ⁊ terrestifi-
catur ⁊ efficitur valde frāgibilis vt experiētia
nobis docet. Ex hijs dictis concluditur ꝙ in
regimine preseruatiuo pestis fugere debemus
comestionē boni casei quāto magis mali quia
illaudabilis nutrimenti grossi ⁊ melēcolici est
precipue saliti ⁊ vetusti bonum autem caseum
vt ouinū recētem tali tēpore eū euitare debe-
mus qa facillime in stomacho calido corrūpi
tur in fumum. Jn stomacho autem frigido in
acetositatem precipue si in multa quātitate co
medatur quia in parua quantitate ⁊ in princi-
pio comestionis cum melle optimo vel cū zuc
caro albo potest comedi ⁊ laudabilior erit si in
eo parum salis sit sicut auctoritate Jsaach dic
tum fuit superius Similiterq; lac coagulatum
dimittamus vt ysaach dietarum vniuersalium
capitulo.xvij. inquit lac coagulatum grauita-
tem generat in stomacho fumositatē mittit ca-
piti vnde suffocatio ⁊ angustia sepe generatur
⁊ infra lac coagulatum ex grossicie sua est ad
digerendum durum ⁊ prius ōni alio lacte gro
ssos humores generat ⁊ cito fastidium facit ⁊
causa fit liēterie lac ergo coagulatū prima mē
sa sit austū. nā post cibū sumptū vt fere solemꝰ
aut statim putrescit aut secum alterum cibum
incoctum ad interiora trahit. eodemq; modo
non vtenda est parte lactis butirosa quia sui
calore ac leuitate mutatur in fumositatem pre-
sertim si stomachū sibi similē inuenerit ⁊ asue
facta stomacho nocet quia villos ⁊ stomachi
asperitatem lenit propterea via cibi fugienda
est cum in calido ⁊ frigido stomacho sit suspec
ta cum butirum calidum sit ⁊ humidum in pri
mo ⁊ mollificatiuū vt Rasis dixit in tercio al-
mansoris ⁊ Auicenna secundo canone ⁊ Jsa-
ach in quinta doctrina De recocta autem di-
camus vt Auicenna inquit loco allegato Re-
cocta minus nociua stomacho quā caseus no

nus haly aūt abbas quinto theoꝛice de ea scri
bit huiusmodi quidem substantia opoꝛtune pas
cit cibo calidoq; stomacho vtilis est ⁊ coleri-
cum habentibus fluxum. magis autem ex vac
carum lacte si fuerit nec nocet homini si sanus
fuerit Sed tamen si frigidus complexione sit
stomachus minime illam digerit Et sic ex hiis
complexionem elicimus ꝙ nullatenus vtendū
sit inpreseruatione a pestilentia in viā cibi lacte
coagulato minimeq; butiro. recocta vō qn̄q;
vti possumus in parua quantitate cum zucro
vel melle. pꝛecipue habentibus stomachum
calidum.

Capitulum vigesimum sextum in quo de
clarabitur in generali de natura idest com
plexione pisciū ⁊ ex eoꝝ assidua cōmesti-
one que nocumenta pꝛoueniant in coꝛpo
ꝛe humano ⁊ ostendetur qui pisces sunt
laudabilioꝛes marini vel fluuiales aut la-
cunarum siue paludum etiamq; quas cō
diciones habere debent pisces laudabiles
ad conseruandam sanitatem sicq; tempo-
ꝛe pestilentie ad eam pꝛeseruandam



E natura piscium in vniuersali
notare debem⁹ quia in particu-
lari tanta de eis diuersitas repe
ritur quia nomina nō omnibus
inposita sūt sufficit nobis bonos
ac laudabiles pisces ab eis oppositꝭ distingue
re vt vnusquisq; pisces conuenientes ad sani-
atem pꝛeseruandam tempoꝛe pestilentie elige
re possit Idcirco pꝛimo dicere debemus de
natura piscium quia a temperie separati sūt cū
natura ipsoꝛum. frigida ⁊ humida sit vt Aui-
cenna secundo canone capitulo pꝛopꝛio cum
inqt ōnis piscis frigidus ⁊ humidus est ⁊ ipē
infra qui piscium sunt recentes generant fleu-
ma aquosum ⁊ mollificant neruos ⁊ non sunt
conuenientes nisi stomocho calido valde ⁊
sanguis eoꝛum ad subtilitatem declinat Simi
literq; Rasis in toto contiñ. ⁊ ipse in tercio ad
almansoꝛem ait pisces recentes frigidi sunt ⁊
humidi ⁊ omnes pisces ad digerendum sūt du
ri ⁊ ī stomacho longā faciunt moꝛā siti quoq;
creant: sanguis autem ex recentibus generat⁹
fleumaticus est: hii autem pisces coꝛpus hu-
mectant atq; sperma augent qui colicis atq;
hiis quibus frigide solēt accider̄ egritudinnes
mali existunt cōplexionem autem habentibus
calidā atq; hiis quibus colera dominatur ru-
bea conferunt licet eorum nutrimentum omni
no sit malum cū aliis cibis mixti ad colere ru-
bee extinccionem sunt meliores quare autē pis
cium cōplexio sit frigida ostēdit Rasis in. xxii.
continentis dicens significacio ꝙ pisces sunt
frigidi est quia aut carent sanguine aut habent
modicum sanguinem Isaach autem. pꝛi. d. ac-
cipit fundamentum ab istis sapientū dictis an-
tiquoꝛum inquiens Dicimus autem naturam
piscium vniuersaliter esse frigidā ⁊ humidam
⁊ humoꝛis fleumatici generatiuā ꝯueniētē ca
lidā habentibus cōplexionem ⁊ siccam maxi-
me in estiuo tempoꝛe calidaq; regione Incon
ueninēs vō frigidis ⁊ humidis cōplexionib⁹
⁊ carnosis maxime qb⁹ nerui molles fuerint
⁊ ad yemale tempus venerint naturaliter eos
enim infrigidant ⁊ humectāt pꝛoinde quibus
colera dominatur calidam habentibus cōplex
ionem coitum confoꝛtant ⁊ sperma augmen-
tāt ⁊ Isaach in dietis vniuersalibus īquit pis-
ces vniuersaliter parum nutriunt ⁊ cito dissol

nātur Auerrois vero sexto colliget omnia cō
cludit cum inquit: Dico ꝙ sanguis ex piscibꝰ
generatus cite corruptionis est Ideoq̄ nō mi
rū est si plurime ex eorū freq̄ntata cōmestione
proueniant egritudines propterea ab eorum
vsu cauendum est in conseruāda sanitate preci
pue tempore pestilentie: De piscibus vero ma
rinis fluuialibus ⁊ lacunis ⁊ paludis est scribē
dum nam secundum Ysaacb loco superius dic
to pisces marini parui sunt nutrimenti dureq̄
descendunt de stomaco ⁊ intestinis: De fluui-
alibus dicit ꝙ mali sunt ⁊ ad digerendum duri
et cetera Propter hoc Auerrois in comento
canticorum ca. xxviij dixit ꝙ tres sūt species
piscium scilicet marinꝰ fluuialis habitās ⁊ in
ambabꝰ aquis simul ⁊ melior ex eis secundū
Galiennm est marinus ⁊ post illum qui simul
in ambabus aquis viuit ⁊ postea qui viuit in
aquis dulcibus: cuius racio est quoniam hu-
miditas excedit ⁊ dominatur in piscibus: omīs
vero qui nutriuntur in aquis salsis sunt mino-
ris humiditatis: contrariū autem est de illis
qui in aquis dulcibus nutriuntur sed qui vi-
uunt in ambabus aquis sunt medij inter eos
Hoc autem sensit Haly abbas quinto theori-
ce capitulo vigesimoq̄nto cū inquit: et piscis
recēs vniuersaliter est frigidus ⁊ humidꝰ fleu
ma generans sed qui in mari nascitur ⁊ salsa
aqua minoris est humiditatis ⁊ frigiditatis: eti
amq̄ Ysaacb in quinta doctrina capitulo vige
simoseptimo innuit pisces marini meliores sunt
fluuialibus quia sunt salsitatem habentes ex
aqua maris ex qua viscositates eorum aufe-
runt maxime si loca fuerit petrosa assidue eniꝫ
motu suo ⁊ collisionibꝰ saxosis carnes emoli-
untur ⁊ tenerātur ⁊ pinguedo minoratur hoc
Auicenna confirmat secundo canone inquiēs
pisces quidem marini sunt laudabiles ⁊ subti-
les ⁊ melior species eorum est illorum qui nō
sunt nisi in mari ⁊ pelago precipue illorū qui
habitant in littoribus petrosis ⁊ arenosis ⁊ ce
tera sicq̄ concluditur secundum doctrinā om
nium doctorum ꝙ pisces marini qui habitant
⁊ nascuntur in pelago aut petroso aut arenoso
⁊ altis locis sunt subtiliores ad digerendum
faciliores ⁊ ad sanguinem generandum lau-
dabiliores omnibus alijs piscibus marinis
natis ⁊ morantibus in ripa planisq̄ aquis lu-
tosis mollibus ⁊ aquis marinis dulcibus vici
nantibus precipue in aquis dulcibus viuenti
bus vt fluuialibus quia pisces fluuiales sunt
grossiores ⁊ viscosiores atq̄ pinguiores: ideo
sunt mali permaxime pisces nati in paruo flu-
mine lutoso ac aqua debiliter currente sordi-
cici ciuitatis vicinante propter putredinem ⁊
sordiciem terre quia sunt viscosiores ⁊ horribi
lem habent odorem sunt enim grauiores ad di
gerendum ⁊ deteriores sunt saporis vnde ma
lum dant nutrimentum quia debilitas cursus
aque quietos reddit pisces: clauditq̄ in eorū
corporibus copiosas humores vnde fit causa
viscositatꝭ ⁊ horribilis odoris atq̄ difficilis di-
gestionis vt Ysaacb vbi supra: sed ipse in die-
tis vniuersalibus dicebat: pisces morantes in
aq̄s firmiter currentibus meliores sunt quā in
aquis quiescētibus hec dictum habuit Ysaacb
ab Auicenna secundo canone vbi inquit in lo
cis autem in quibus morantur pisces est elec
tio quoniam illi qui cōmorantur in locis pe-
trosis sunt meliores deinde in locis arenosis ⁊
in aquis dulcibus currentibus in quibus non
sunt sordes ⁊ non sunt limose neq̄ lacunales
neq̄ campestres ⁊ cetera hec vero fuit senten
tia Galieni in. iij. alimentoꝝ inquientis pisces
qui in fluuijs generantur meliores sunt si in
fluuio multi fluxus existant sicq̄ peiores sunt
qui in parua degūt aqua Et racio est quia pis-
ces in huiusmodi aquis currentibus degentes
continue se mouent: pisces autē se semper mo
uentes sunt contrarijs meliores quia motus
maximus ⁊ eorum exercitia ispoꝝum corpora
emolliūt carnisq̄ viscositatē auferunt Ex hijs
dictis dicere possumus quis piscis melior sit ⁊
qui peior ad sanitatem conseruandam etiamq̄
ad preseruandum a pestilentia tempore eius
Dicendum igitur est cum Aly abbate quinto

theorice scribente peior omnium est piscis qui paludosa habitãt loca in aquisq; spissis ⁊ putridis quoniam piscis qui in huiusmodi loco nascitur quietus est fortis immutacionis in stomacho ⁊ cetera Comfirmat hoc Ysaach in particularibus dietis inquiens: pisces lacuales ceteris sũt peiores grauioris enim sunt odoris ⁊ grauiter digerunt ⁊ maxime si sunt longe a mari ⁊ fluminibus: habẽt enim requiẽ nec flumen intrat in eos vt eorum putredinem lauet vnde piscium humores augmentantur eorũq; pori claudũtur demonstratur per hoc quoniam cum aquas exierint cito in putredinẽ conuertuntur: eligendi sunt ergo pisces illi qui neq; in lacubus neq; in paludibus neq; in locis sordes habentibus sunt capti neq; in luto habente malum odorem neq; in aqua habente malas herbas sint nutritiue vt tercio Almãsoris scriptum fuit propterea ait Ysaach doctrina quinta pisces pascentes herbas recentes laudabiliores sunt oppositis ⁊ meliores presertim si aque fuerint clare Similiter scire debes quis piscis laudabilior sit ad sanitatem an magnus aut paruus Ad hoc respondet Ysaach in dietis vniuersalibus inquiens: pisces q mollium sunt carnium viscosarum ⁊ grossarũ parui sunt mali sed pisces qui in genere suo duriores sunt parui erunt laudabiliores quia paruitas etatis siccitatẽ temperat carnis qui vero molliores maiores erunt laudabiliores quia maioritas etatis molliciem eorum temperabit qui vero sunt mediocres in mediocritate eorum sunt laudabiliores idem innuit Auicenna secũdo canone capitulo proprio dicens Ex habentibus mollem carnem ille qui est maior ad terminum aliquem eligitur quemadmodũ ex piscibus duram carnem habentibus ille qui est minor igitur pro posse eligendi sunt pisces duras carnes habẽtes quoniam saniores sunt vt Medici sapientes dixerunt. Propterea Auerroisquinto colliget dicit meliores pisces sunt quorum corpus est medium inter magnum ⁊ paruum ⁊ qui sunt Velocioris motus ⁊ pauce viscositatis pisces squamas habentes duras ⁊ grossas ⁊ dicuntur meliores habentibus molles ⁊ subtiles. grossicies squamarum paruitatem arguit humorum in corporibus interioribus piscium ⁊ propter hoc dicitur q grossicies squamarum piscium marinorum maior est squamis piscium fluminũ squama enim dorsi maior est squamis ventriũ. dorsum enim siccius ventre hoc sensit Auerrois cum inquit squame enim multe laudãtur in piscibus quia significat rem contrariam cõplexionibus eorũ etiamq; multe spine in eis laudantur igitur meliores pisces sunt qui degunt in locis petrosis ⁊ qui multas habent squamas ⁊ quorum corpus est medium inter magnũ ⁊ paruum ⁊ qui sunt velocioris motus. ⁊c. Nam nutrimentum piscium squamas habentium melior est ⁊ laudabilius squamis non habentibus. Superflua enim ad squamas expellit natura sicut in alijs est videre animalibus in quibus pili aut penne aut cornua expelluntur ad exteriora ut Rasis inquit in quarto suorum amphorismorum. pisces meliores sunt fluuiales ⁊ marini precipue illi qui habent asperam cutem. ⁊ non sunt mustillaginosi sed naturaliter albi sunt admodum argenti: Sed pisces nigri et rubei in quibus sunt penne diuerse ⁊ qui habent colorem pauonis naturaliter mali sunt ⁊ ab eis est cauendum. apostema enim generat in membris interioribus ⁊ in intestinis puncturas ⁊ opilationem generant ⁊ nocumentũ visui inferunt malum quoq; sanguinem generant ideoq; anguille ⁊ similes pisces sunt mali ⁊ omnino reprobandi qua de re Galienus in libro de Enchimia ⁊ Cachemia dicebat. Anguilla omnino non est enchimũ cibarium etiam si ex aqua fuerit munda. Similiter q non accipiatur de piscibus nisi cauda aut dorsum et alia que in continuo reperiuntur motu ⁊ exercitio ꝓpter quod suas expurgat superfluitates. Abstinendũ itaq; est a comestione huiuscemodi piciũ ⁊ partiũ in salubriũ in conseruatione sanitatis precipue in preseruatione febris pestilentialis.

Etiamqꝫ de piſcibus in genere ſcribere debe-
mus ꝙ ipſi ſūt meliores ⁊ laudabiliores elixi
q̃ꝫ aſſati ⁊ frixi vt Iſaach in dietis particulari
bus inquit: piſces qui cum ſola aqua elixſan-
tur ſunt omnibus laudabiliores quoniam eoꝝ
viſcoſitatem abſtulit aqua in qua fuerāt decoc
ti precipue ſi comedūtur cum pipere ſale carui
mēta apio ⁊ zinzibere ⁊ ſimilibus Idem dicit
Auicenna ſecūdo canone in capitulo proprio
vbi inquit modꝰ vero melior inquo piſces co
meduntur eſt aliſidabegi ideſt elexi in iuſtulis
cū rebus ſuperius dictis Ex quo ſequitur ꝙ
piſces elixi principatū obtineāt in bōitate poſt
ipos ſunt aſſati ⁊ talit̄ cocti laudabiliores ſūt
q̃ꝫ frixi vt Iſach loco allegato dicēs corporibꝰ
temperatis dentur piſces aſſati aut cum oleo
frixi tamen meliores ſunt aſſati rationem aſſig
nat Iſaach vbi ſupra inquiēs aſſati piſces frix
is ſunt laudabiliores quia frixi quid habēt viſ
coſitatis propter oleum: deterior ergo coquen
di modus eſt frixacio tū q: viſcoſitatē piſcibꝰ
tribuit tum etiā q: piſcis cum oleo frixus ſto-
macum emollit propterea Auicenna ſecundo
canone capitulo dicto ſuperiꝰ dicit piſces frixi
ſunt conuenientes habentibus fortem ſtoma-
chum et cetera Verūtamen vt veritas de om
ni ſpecie piſcium in cōplexione ⁊ natura elu-
ceſcat aliquit de cancris ⁊ piſcibus ſalitis di-
cemus Et quamuis cancrorū cōplexio ab an-
tiquis indeterminata ſit a quibuſdam etiā mo
dernorum frigida ⁊ humida exiſtimatur ⁊ ca-
ro cancrorum humorem groſſum ⁊ fleumati-
cum generat quamq̃ꝫ eorum caro omnis ſalſa
eſt ſapore vnde naturam fluxam facit ⁊ non ci
to digeritur vt de ipſis ſcribit Haly abbas qui
to theorice; Et licet ſalſitatem ⁊ nitroſitatem
habeant ea de cauſa ſolubiles ſūt vt ſcribit Iſa
ach Attamen caro cancrorum ⁊ iura ipſorum
conferunt ptiſicis ⁊ augent in actu venereo vt
inquit Auicenna ſecundo canone quia eſt plu
rimi nutrimenti verūtamen maritimi ſunt cali-
diores ſeu minꝰ frigidi racione ſalſedinis aque
in qua nutriuntur Ideoqꝫ frequens comeſtio

eorum precipue tempore yemali ad cuſtodiam
ſanitatis ſunt nociui: eſtiuali vero tempore cū
ſua debita preparatione cum ſpeciebus ſuperi
us in piſcibus dictis ⁊ in colericis cōplexione
ſunt non tantum nociui: De piſcibus autem ſa
litis ſcribunt ſapientes medici ꝙ ſunt calide ⁊
ſicce cōplexionis: nam piſcis ſalſus cōplexio-
ne calidus eſt ⁊ ſiccus magis qꝫ ſitim excitat
quā recens eſtqꝫ fleumaticis conueniens ma-
lus autem eſt colere dominantis nigre: Ideo
Raſis. xxij continentis ſcribit. piſces vero ſali
ti ſunt calidi ⁊ ſicci quia incidunt fleuma ⁊ cō-
ferunt vomitui eo ꝙ emittūt fleuma viſcoſum
de ſtomacho quanto vetuſtiores fiunt tanto
magis calidiores ⁊ ſicciores: Sed laudabili-
ores piſces huiuſcemodi ſunt qui cōdiunt̄ cū
aceto vt Galienus tercio Alimentoꝝ ſcribit
piſcis viſcoſus ſalitus multo melior eſt ſe ipſo
non ſalito: deponit enim omne feculētum ⁊ in
muſcilaginoſum ⁊ melior quidē piſcis eſt qui
multo tempore ſalitus quam qui nouiter: ⁊ piſ
ces dure carnis ſaliti meliores ſunt quam recē
tes ⁊ illi qui ſunt propinqui termino quo ſunt
ſaliti ſunt meliors vt inquit Auicenna ⁊ mani-
feſta autem cauſa eſt quoniam piſcis dure car
nis iam diu ſalitus nimium videtur induratus
⁊ exſiccatus non autem eſt ſic de piſcibus te-
neram carnem vel viſcoſam habentibus quo-
niam piſces ſaliti calidi ſunt ⁊ ſicci ⁊ quanto-
plus antiquantur tanto plus ambabus quali-
tatibus augmentantur ſed nutrimeutum ipſo-
rum eſt malum propter hoc ipſis in viam me-
dicine vti debemus quam in viam cibi Idcir-
co paꝝ de ipſis piſcibus ſalitis aſſumere opor
tet Almanſor tercio libro capitulo decimoſex-
to ait ſaliti piſces nullo modo ſunt cōmedendi
niſi in die quo aliquis ſibi medicari voluent ſi
tamen eos aliquis appetit parua ex eis quan-
titas ſumatur qui cum rebus vnctuoſitatem
habentibus ſint preparati quia ſitim faciunt
facileqꝫ in ſtomacho ipſo corrumpuntur ⁊ in
malos humores cōuertūtur De piſcibus ſalitꝭ
de ōnibus abſolute nō comedendū ſit ſed tātū

modo de laudatis a doctoꝛibus ꝛ p̄cipue de
sardis ꝛ cum aceto ꝛ agresta p̄paratis Et no
tandum est ꝙ pisces electi marini etiamq̄ flu
uiales ad pꝛeseruationem a pestilentia magis
cōpetunt q̄ carnes triplici rōe demonstramus
pꝛima quia ipsi pisces tanti sanguinis non sunt
generatiui sicut carnes. Secunda racio quia
sanguis ab ipsis generatus non est tantum ca
lidus Tercia racio qa aeri coꝛꝛupto nō sube
unt nec illū spirant quia aqua maris vel flu-
minū vel stagnoꝛū in quo habitant non est ca
pax coꝛꝛuptiōis aeris vt aristotiles in septimo
de partibus animalium inquit dicens ꝙ non
apparuit infirmitas pestilēcialis in piscibus sed
in hominibus ꝛ alijs animalibus: etiamq̄ in
septimo de animalibus dicitur in aqua non in-
venitur pestilentia que inducat generalem pes
tilenciam super pisces sed epidimia vniuersalis
induci potest super omnia animalia super terrā
ideoq̄ pisces electi comedi possunt non solum
in pꝛeseruatōne a pestilentia sed etiam in curati
one febꝛis pestilentialis quia humidi sūt ꝛ hu
mide diete omnibus febricitantibus conferūt
vt pꝛimo amphoꝛismoꝛum pꝛecipue si cum suc
co agreste ꝛ succo limonū ꝛ arangiaꝝ vl' cū ace
to rosato comedātur permiscēdo in dictis suc
cis paꝝ de zuccaro ꝛ de cinamomo pꝛopterea
si pisces comedere voluerimus bonos ꝛ lau-
dabiles eligamus vt in presenti capitulo dictū
fuit. Et quamuis electi pisces sint aut marini
aut fluuiales a piscibus uero assatis ꝛ frixis in
frigidatis abstinendum erit vt inquit Rasis oc
tauo ad Almansoꝛem capitulo. xxvij scribens
cum pisces assati vel frixi infrigidati si in loco
steterint humoꝛoso ꝛ sequenti die comesti fue
rint seua accidencia que ex malorum fungoꝝ
comestione solent euenire que accidunt sunt
squinantia colerica passio angustia anhelitus
sincopis sudoꝛ frigidus ꝛ quādoq̄ subito inter
ficiunt ꝛ sic pisces assati vel frixi calidi ꝛ non
frigidi comedi debent Completa ergo est doc
trina piscium in comestione ipsoꝛum ad sanita
tem conseruandam pꝛeseruandamq̄ tempore
pestis

Capitulum vigesimum septimum in quo
demonstracio fiet quis panis sit eligēdus
ꝛ que iuuamenta ex laudabili pane ꝛ que
nocumēta ex inlaudabili sequntur in con
seruatione sanitatis ꝛ in eius pꝛeseruatio-
ne tempoꝛe pestilencie



Ostq̄ in supioꝛibꝰ capitulis de
terminatum fuit de aliquibus ci
barijs in generali ꝛ in particula
ri hodierno tempoꝛe circa refec
tionem vsitatis ꝛ que iuuamen
ta ꝛ nocumenta in viam cibi ꝛ nutrimenti in sa
nitatis conseruationē atq̄ ad febꝛis pestilenti-
alis pꝛeseruationem inducebant Nunc autem
attendere ꝛ tractare debemus de iuuamemto
ꝛ nocumento panis tanq̄ de re in viam cibi p-
maxime vsitata ꝛ necessaria ad tuendam sani-
tatem ꝛ pestis pꝛeseruatōnem in pꝛesentiaꝝ er
go dicēdum est de ipsius panis vtilitate ꝛ bo-
nitate in viā nutrimenti ꝛ econtrario de eius
inutilitate: ꝛ pꝛimo declarādū est quale triticū
esse debeat ex quo panis conficiendus sit ꝛ q̄
uis ex multis alijs granis panis conficiat̄ nos
tamen de tritico pane tanq̄ de p̄fectioꝛi huma
no coꝛpoꝛi magis ad refectionem conueninien
ti ꝛ vsitato sermonem faciemus pꝛopter hoc
quinto theoꝛice capitulo. xv scribit Hali abbas
triticum omnibus alijs granis laudabilius est
ꝛ magis temperancie pꝛoximum nisi quia ad
calorem parum declinat ideoq̄ factum est con
uenientioꝛ omnibus granis ꝛ hominum coꝛpo
ribus conferentioꝛ ꝛ laudabilioꝛ cibus etiāq̄
granum frumenti est magis iuuatiuum homi-
nibus omni alio grano ꝛ illud ꝙ est clarum du
rum ꝛ firmum ꝛ non de facili frangitur est val-
de nutritiuum ꝛ melius ꝛ nutribilius alio gra
no ꝛ illud ꝙ est diafanum ꝛ leue ꝛ ꝙ sit de ter
ra alta libera ꝛ ꝙ sit de frumento anni in quo
nō fuit pestilentia quia tēpoꝛe pestilentiali coꝛ-
rumpūtur arboꝛes ꝛ vegetabilia ꝛ per conse-
quens coꝛrūpuntur animalia comedentia ea.
vt inquit Auicenna fen. ij. p̄. doctrina ij. capitu
lo septimo ꝛ econtrario. Has autem conditio
nes nō habet omne triticum ꝛ confirmat ipse

Auicenna ꝙ ſit ſpiſſum graue ⁊ frangibile co
loꝛis exterius cerei. Interius vero albi ſuper
ficie lucidum ⁊ leue ex cuius ſubſtantia ⁊ me
dulla farina exuberat plurima coꝛtex ⁊ furfur
nõ in multa quãtitate tale.n.triticũ maxime fa
cit ad confoꝛtacionem membꝛoꝛum ⁊ ad vires
dandas etiamqꝫ hoc innuit Auerꝛois .v.col
liget inquiens.melius tamen ad ſanitatẽ homi
num eſt triticum nouum maturum plenum cu
ius coloꝛ eſt aureus ⁊ ꝙ ſit medium inter tem
pus ſue colleccionis ⁊ tẽpꝰ ſeminationis ꝙ ſit
trium menſium.nouum vero breuiſqꝫ tẽpoꝛis
eſt econtra ꝓpter humiditatem ⁊ uiſcoſitatẽ
terre humidum eſt atqꝫ viſcoſum denſũ digeri
durum ⁊ inflatiuum ventoſitatem ⁊ rugitum
ventris faciens vt dixit Yſaach in dictis parti
cularibus ⁊ eſt ſentẽcia ſerapionis Similiterqꝫ
fermentum mundum eſſe debet a zizania vel
lolio ⁊ huiuſcemodi granis illaudabilibus nec
alia mala ſit affectus qualitate ut ait Auicen̄.
iiij.pꝛi.d.ij.ca.vij.dicẽs opoꝛtet ut ſanitatis cõ
ſeruatoꝛ ſtudeat eligere triticum ab extraneis
rebus purgatum ꝙ ex meſſe ſana fuerit collec
tum cui nullum acciderit nocumentum ex tale
igit̃ farina dicti tritici electi panis confectus ut
decet conſeruatiuus eſt ſanitatis ipſiuſqꝫ tem
poꝛe peſtis pꝛeſeruatiuus. Et q̃uis farina ex
tritico electo ad conficiẽdum panem ſit lauda
bilis ad ſanitatem coꝛpoꝛis tuẽdam. Neceſſa
rium quoqꝫ eſt ꝙ ip̄a ſit debite perfectiſſimeqꝫ
molita non autem tranſmolita.vnde farina ip
ſa pꝛopter furfuris ſubtilis plurimam quantita
tem ei admixtam nigrioꝛ redditur ⁊ peioꝛ ⁊ ꝑ
conſequẽs ad ſanitatem minime faciẽs ex qua
farina ſit panis furfureus qui de ſtomacho foꝛ
titer deſcendit ut inquit Auicen. iij.pꝛi.ca.vij.
Inquiens panis opirus qui eſt multi furfuris
velocis eſt penetrationis ſed minoꝛis nutrim̃
ti ⁊ deterioꝛis ⁊ pꝛopter hoc eſt durus ad di
gerendum ⁊ doloꝛis ⁊ inflacionis generatiuꝰ
⁊ nutrimẽti illaudabilis hoc eſt dictum Raſis
xxij. continentis auctoritate Galieni inquiẽs
panis quanto mundioꝛ tanto magis generat
humoꝛem melioꝛem tamen eſt tardi deſcenſus
ille vero qui non eſt bene mundus ⁊ multi fur
furis generat malum humoꝛẽ quia panis fur
fureus generat melancoliam vt Yſaach in dic
tis particularibuſ quia natura coꝛticis tritici
calida eſt ⁊ ſicca ⁊ eſt velocis deſcenſus.pꝛop
terea farina debet eẽ ſufficienter ⁊ nõ ſup̄flue
molita vt coꝛtices groſſi remaneãt ⁊ non poſ
ſint cum cribantur cũ farina per cetaciũ tranſi
re vt inde mũdioꝛ ⁊ ſalubrioꝛ ſit farina. Ampli
us panis conſeruatiuus ſanitatis eſſe debet ꝙ
nõ pretermittãtur iſta ingredientia ad bonam
panis confectionẽ ſcilicet aqua ſal ⁊ fermẽtũ:
in competenti quãtitate nam quomodo panis
conficitur ponitur de ſale conuenienter ⁊ con
ficitur cum multa aq̄ua ad hoc ut ſit ſpongio
ſus etiãqꝫ ſit fermẽtatus competenter vt Auer
rois quinto colliget dicit quoniã panis azimꝰ
groſſus ⁊ viſcoſus non eſt bonꝰ .Similiterqꝫ
panis quando nimium fermenti eſt illaudabi
lis dicitur quia tranſmutatur ad humores pu
tridos pꝛopter calorem extraneum genera
tum in eo ſilicet in frumento pꝛopter hoc quã
titas frumenti ⁊ ſalis moderata eſſe debet ſed
non ſuperflua quantitas fermenti ⁊ ſalis quia
parum nutrit ⁊ non confortat nam ſalis enim
virtus humiditatẽ panis exſiccat.fermentum
autem comixtionem eius rarificat quare ergo
ponitur fermentum in pane pꝛopter hoc vt fa
ciat eũ ſpongioſum ⁊ in eo aeritas dominet̃ ⁊
ſit facilis ad digerendum vt ſcribit. Auerrois
q̄nto colliget ex eo quia coꝛpus aereũ eſt leui
uſqꝫ ad permutandum pꝛopter ſuam humidi
tatem aeream :in pane igitur a ſale cõſumitur
humidum ⁊ exalat extra pꝛopterea panes ve
teres frigidi exiſtentes leuioꝛes ſũt calidis pa
nes vero inſaliti in eis humidum eſt ꝑmanẽs
quia non comſumitur pꝛopter priuacionem ſa
lis.⁊ ipſi ſunt grauioꝛes vt Ariſtotiles in pro
bleumatibus . xxi. pꝛobleumate quinto qua
de re ex hĳs dictis enarratis concludimus ꝙ
panis conficitur ex aqua frumento ⁊ ſale cum
farina ⁊ non cum oleo ⁊ alĳs huiuſmodi vt in
nuit hali abbas quinto theoꝛice Amplius req̄
ritur vt paſta bene malaxet̃ ⁊ domet̃ vt . Aui
cenna ſecundo can̄.capi.pꝛopꝛio Concluden
dũ ergo eſt ꝙ panis qui pꝛedictas nõ habue

rit conditiones humoris mali est generatiuus
Iterum ⁊ etiam valde procurãdum est de bo
na panis coctura ad sanitatem conseruandã.
Nam comedere panem conuenienter fermen
tatum ⁊ optime malaxatum ⁊ coctum eodem
die ꝓpter recessum caliditatis acquisite ab ig-
ne in sanitatis conseruatione iuuat ut dicit A-
uenzoar in primo sui thesеir ca. primo. Itaqꝫ si
quis calidum panem comederit infunditur ip-
sius calor igneus in stomacho ⁊ ipm corrum-
pit. hoc dictum Auicenna confirmat in. ij. cañ.
ca. proprio dicens. panis non comedatur cali-
dus sicut est quoniam panis calidus sitim fa-
cit sua caliditate ⁊ natat propter suam humidi
tatem uaporosam. Ideoqꝫ Hali abbas. v. the-
orice inquit panis calidus cum ex camino ex-
trahitur omnibus peior est. quoniam eius des
censio a stomacho immoratur ⁊ sitim ꝓuocat:
propterea panis durus ⁊ exsiccatꝰ ⁊ ad huc ca
lidus reprobetur vt. Auenzoar vbi supra scri-
bens panis qui steterit post decoccionẽ suã eti
am vltra vnam diem temperatam complexio-
nem perdit suam. in quantum est panis ⁊ inci-
pit recipere alterationem ⁊ quãto magis indu
ratur eius indigestio multiplicatur ⁊ eius sicci
tas augetur quare humores sicci ex ipo ꝓcreã
tur vnde ipsũ comedere prohibeo sicut ysaach
scribit dicens. panis est melior qui post primũ
diem vl' secumdum diem comeditur qm̃ intus
⁊ exterius frigiditas dominatur ⁊ hic laudabi
lis est nutrimenti neqꝫ grossus neqꝫ viscosus
existit ⁊ erit precipuꝰ cibus ad humani corpo-
ris nutrimentum ⁊ naturaliter simile eius con
plexioni cum calidus sit in secũdo gradu sicut
ex prehabitis patere potest. ⁊ est sentẽtia Auer
rois in comento canticorum dicẽtis melior ex
panibꝰ est ille qui sic preparatur vt similis spõ
gie efficiatur equaliter ⁊ temperate fermenta-
tus ⁊ in clibano conuenienter decoctus. Eli-
gendus igitur est panis ad preseruationem a
peste tuendam sicuti scriptum fuit superius

Capitulum vigesimũ octauum in quo de
claratio fiet de natura ⁊ proprietate vtili-
tate iuuamento atqꝫ nocumento seminũ ⁊
salsamentorum si in viam cibi conueniant
in preseruatione febris pestilentialis sicuti
de sale aniso aneto coriandro cinamomo
cariofolis galangua nuce muscata com-
posita pipere ⁊ zinzibere

ost declaracionem factam de na
tura ⁊ complexione panis ⁊ de
ipsius iuuamento ⁊ nocumento
in viam cibi nunc autem inuesti-
gandum est de natura ⁊ vtilitate seminũ ⁊ sal
samentoꝝ ⁊ cetera si cõueniant tempore pesti-
lentie ad preseruandum corpus humanum ab
ea. ⁊ primitus aliquit de sale dicemus. sal au-
tem vt a vulgaribus scitur in omnes cibus in
greditur etiamqꝫ in omnes sapores ipse princi
patum obtinet tamen intelligendum est ꝙ nõ
de omni specie salis dicatur sed solum de me-
tallino ⁊ marino. nam marinũ vero maxime fit
in lacubus qui saline a vulgo vocantur ⁊ fit de
aqua maris estiuo tẽpore cocta. metallinũ. ve
ro laudabiliꝰ est maxime ꝙ caret lapidibus ⁊
fit clarum obtusum ⁊ equale marinum vero bo
num est si sit candidum non tamen quale me-
tallinum quia sal metallinum forcius est mari
no ãbo enim in initio dissoluunt ⁊ mundificãt
grossorum humorum superfluitatem ⁊ putre-
dinem: deinde que ex eis remanent desiccant
⁊ consumunt quibus finitis naturalem corpo-
ris coadiuuãt humiditatem quia constrictam
conseruãt ⁊ poros cutis claudunt vt illa hũi-
ditas putredini non appareat ⁊ dãt cibis con
dimentum saporitatem vt. Auicenna secundo
canone capitulo proprio de sale inquit sal cali
dus est ⁊ siccus in secundo ⁊ quanto plus est
amarior tanto plus est calidior. operationesqꝫ
eius ⁊ proprierates est autem abstersiuus re-
solutiuus cõstrictiuus exsiccatiuus ⁊ ille qui
est adustus vehemẽcioris ẽ desiccacionis ⁊ re
solucionis ⁊ ipsum sal confert putrifaccioni eti
amqꝫ cõfert humorum grossiciei ⁊ inferiꝰ Aui
cenna subiũxit inquiens ex ipso sale cum melle
⁊ passis ẽ emplastrũ ꝯueniẽs carbũculis ⁊ cũ
medastro ⁊ melle apostematibꝰ fleumaticis ⁊
ꝓhibet formicã dilatatione: similiterqꝫ in vul
neribꝰ ⁊ vlceribꝰ corrodit carnẽ additã ⁊ ꝯfert
scabiei vlcerose ⁊ ipetigini ⁊ ex ipso sale ⁊ ace
to ⁊ oleo fit delinicio iuxta ignem vt sudare fa
ciat ⁊ sedat pruritum ⁊ proprie fleumaticum

in oculis vero corrodit carnem additam inpal
pebris ⁊ vngulam ⁊ flos eius proprie confert
panno ⁊ albugini oculi ⁊ quando ex sale cum
oleo ⁊ melle fit emplastrum super oculū resol-
uit ofuscationem sanguinis congelati in ipso.
hec scribit Auicenna vbi supra. vires autem sa
lis vt dicit Erobasius composite sunt abstersi
ue ⁊ stiptice sed hec due qualitates cōstringūt
ideo sal desiccat humiditatem que est in corpo
re etiamq consumit ⁊ colligit membra solida
cum stipticitate ipsius ideo desiccat corpora ⁊
conseruat ea a putrifactione ꝙ non putrifiat:
ꝓꝑ hoc dixit Ysaac ꝙ caro pinguis ⁊ insipida
nō debet comedi nisi assata cū mlto sale. a simi
libꝰ aūt carnibꝰ ⁊ ab alijs rebus salitis caueāt
colerici ab eoꝝ cōmestione supflua in estatis tē-
pore. Et licet multa iuuamenta reperiantur in
sale marino ⁊ metallino in viam cibi vt dictum
est superius permaxime ex vsu temperato vtri
usq salis fit desiccacio corporum consumēdo
humiditates superfluas ⁊ cōseruat ea a putri-
factione vt non putrifiant ⁊ sic cū dictis specie
bus salis fit preseruatio a febre pestilentiali q̄q-
uis multa alia iuuamenta sint in omnibus spe-
ciebus salis in viā medicine ⁊ in aliquibus cu
randis infirmitatibus vt doctores omnes scri
bunt. Secundo de aniso ⁊ aneto parum scri-
bendum erit quia in viam cibi parum vtimur:
in viam autem medicine in regimine sanitatis
corpora flecmatica ⁊ habencia debilitatem di
gestionis stomachi eciāq corpora melācolica
saltū immirach incurrētia magnisq ventosita
tibus repleta vti debent quia anisum calidum
⁊ siccum est in tercio gradu vt dixit. Galienus
in sexto de simplicibus medicinis capitu. xlvi.
anisum vero in sua acuitate est prope medici
nas cōburētes ⁊ est in tercio gradu siccitatis
⁊ similiter est in caliditate propter hanc causā
prouocat vrinam itaq. Auerrois. v. colliget
scribit ꝙ anisum est calidum ⁊ siccum in tercio
gradu propterea substantia ignea super ipsum
dominat̄ ⁊ significat per hoc acuitas sui sapo-
ris cum aliquantula dulcedine ⁊ operacio eiꝰ
est ad carminandum ventositatē ⁊ ꝓuocat vri
nam ⁊ aperit opilationes ⁊ cōfert opilationi:
epatis ⁊ splenis ⁊ est sedatiuum dolorum vt di
cit Auicenna licet ipse non ponat calidum nisi
in secūdo gradu ⁊ siccū in tertio qua de re cō
cludendum erit ꝙ in regimine preseruatiuo tē
pore pestilentie aniso non vti debemus preci-
pue in corporibꝰ colericis ⁊ tēpore estiuo ꝓp
ter suam dictā caliditatē ⁊ siccitatē nisi in cor-
poribus frigidis ⁊ humidis ⁊ habundantibus
humiditatibus ⁊ ventositatibus grossis in sto
macho ⁊ sic de aneto intelligendum erit licet
ipsum anetum non tantam caliditatem ⁊ sicci-
tatem habeat vt sapientes in medicina scri-
būt ⁊ sic vsus aneti ⁊ anisi pro cibis ⁊ condi-
mento non sunt laudabilia cum nullam lauda
bilem operationem ad nutricandum habeant
sed tantum ꝓ medicinis vtendū erit. similit̄q
demōstrandū est de proprietate ⁊ nā coriādri
si in viam cibi conueniens sit in regimine pre-
seruatiuo a pestilentia: verumtamen quia in na
tura idest conplexione coriandri. Inter Galie
num ⁊ Auicennam fuit aliqualis contrarietas
ideo difficile est veritatem inuenire ex eo quia
Galienꝰ dixit ꝙ coriandrum est calidum con
tradicendo Diascoridi ingentis ꝙ est frigidū
⁊ disoluit scrofulas. dixit ergo. Galienus quo
modo potest scrofolas disoluere ⁊ eas curare
cum sit medicina frigida hoc aūt impossibile
est. amplius coriandrum saporem habet ama
rum. amaritudo autem significat calorem hijs
racionibus concludit Galienus coriandrum
esse calidū. Ad has raciones. Gali. cōtra Di
ascoridem. soluit. Aui. ij. cañ. capitu. proprio
ꝙ quāuis coriādrum sit frigidum potest scro-
folas resoluere ⁊ curare propter ipsius propri
tatem quoniam in ipso est substancia subtilis ꝓ
fundans non autem ꝓfundatur substantia fri-
gida propterea dixit. Rasis tercio almansoris
coriandrū recēs frigidū est de quo nō multa
sumenda est quātitas fortasse mors sequeret̄:
confirmat Auicenna dicens cum ex succo co-
riādri bibitur circiter quatuor vncie interficit
quoniam facit hominem possidere tristiciā sin
copim ⁊ non oportet vt de eo multum come-
datur qua de re Auicē. vbi supra scribit ꝙ cori
andrum frigidum est in fine primi vsq ad secū
dum siccum in secundo Ysaach autem videtur
concludere cū. Galieno contra Diascoridem
dicens si coriandrū est amarum quomodo est
frigidum. dicamus ꝙ amaritudo non tollit fri-

frigidum dicamus. ꝙ amaritudo non tollit fri-
giditatem Nam opium est frigidum tamen
est amarum similiter rosa ⁊ cicorea ⁊ talia simi
lia sunt amara ⁊ ab omnibus frigida esse decla
rantur ⁊ amara enim sunt propter quarūdam
parcium calidarū cum frigidis cum tali substā-
tie modo ꝙ inde resultans erit amarum :idcir
co Aui. dicit apud me vero siccū est declinās
ad caliditatem paruam sed Galienus in toto
dicit declinare ad caliditatē ⁊ forsitā illud est
propter substantiam in eo subtilem que resolui
tur ⁊ non remanet cum bibitur ⁊ subiūgit Aui
cenna dicens ꝙ in coriandro est stipticitas ⁊
eius proprietas est ꝓhibere vaporem a capite
⁊ ꝓpter hoc ponit̄ in cibo paciētis epilentiā ex
vapore stomachi ⁊ confert vertigini facte a va
pore calido ⁊ fleumatico:et multa tamen eius
comestio generat tenebrositatē visus cōfertqꝫ
tremori cordis calido ⁊ cōfortat stomachū ca-
lefactum Attende hec dicta Auicenne corian
drū diuersas facere operationes :propter hoc
dixit Auerrois quīto colliget Coriandrum ca
lidum est in primo gradu ⁊ est cōpositum ex cō
trarijs substantijs scilicet ex substantia amara
⁊ ex substantia aquea ⁊ stiptica sequitur ergo
ꝙ ꝓpter sui amaritudinē habet calorē ⁊ post
cibum acceptū sompnum prestat hec sunt due
operationes contrarie in coriādro Ad intelli-
genciam magis clarificandā hoꝝ dictoꝝ mul-
ta possent dici que breuitatis causa dimittim⁹
Ex hijs superius notatis dicendū est ꝙ coriā-
dro recenti vti in viā cibi poterimus in ꝑserua
tione a pestilētia si in parua q̄ntitate comedat̄
ꝓpter nocumēta q̄ ex eo in quantitate magna
sequi possent coriandrum enim est siccum ⁊
ꝑmaxime eius semen multa iuuamēta ⁊ pau-
cissima nocumēta ex eoꝝ vsu sequunt̄ Licet
vlterius ostendere iuuamenta ⁊ nocumenta
proprietates ⁊ naturam cinamomi in viā cibi
prouenientia in precustodia corporis humani
tempore pestilentie Ideoqꝫ dicendum est secū
dum doctrinam Auicenne secūdo canone ca.
ꝓprio ꝙ ē calidum ⁊ siccū in tertio gradu ope
rationes ⁊ ꝓprietates eius sunt ꝙ est vltimū
in subtiliando attractiuum apperitiuum rectifi
cans omnem putrifactionē ⁊ omnem virtutē
coruptam omnēqꝫ saniositatē humoꝝ corup-
torum ⁊ post subiungit ꝙ apperit opilationes
epatis ⁊ confortat ipsum ⁊ stomachū ⁊ desic-
cat humiditatem eius ⁊ confert idropisi hec
quinto colliget Auerrois innuit ⁊ omnes anti
qui ⁊ moderni doctores confirmāt scribentes
ꝙ cinamomum quia calidum est beneficium
prestat stomacho conferens frigidati ipsius ⁊
aperit opilationes epatis ⁊ prouocat vrinā ⁊
desiccat humiditatem que est in capite ⁊ sto-
macho quare prodest caligini visus accidenti
ex parte humiditatis Propterea eo vti poteri
mus pro cōdimentis precipue puluere eius in
cibis superflue humidis ⁊ frigidis Concludē
dum igitur est ꝙ tempore pestis in preseruati-
one eius in calido tempore ⁊ corpore colerico
cinamomo nō vtendū est nisi in ꝑuissima q̄nti
tate ratione alicuius particularis intentionis
membrorum defectorum scilicet pro conforta
tione cordis ⁊ stomachi:rationeqꝫ ei⁹ aromati
citatis ⁊ ex eo q2 rectificat omnē putrifactio-
nem ⁊ coruptionem humorum coruptorū per
maxime permixtum cum cibis ⁊ condimentis
frigidis ⁊ humidis ⁊ est optimū correctiuū si
cuti quando ponūtur aliqui parui trocisci in
brodio vt accipiat virtutē eius remouet nau-
seam ⁊ fastidium stomachi ⁊ tale brodium nō
solum est iuuatiuum in preseruatione a pestilē
tia sed etiā in habentibus febrem pestilentialē
Postea vero de natura croci ⁊ iuuamento ⁊
nocumento ⁊ ꝓprietate eius in pestilentie pre
seruatione aliquid est scribendum Et dicendū
est ꝙ natura croci est calida in secūdo gradu
⁊ sicca in primo secūdum sententiā Auicenne
secundo canone capitulo proprio ⁊ Auerrois
v. colliget crocus enim est confortatiuus cor-
dis ⁊ habet stipticitatē ideo iuuat ad digestio
nem propterea Auicenna dixit ꝙ caliditas cro
ci est temperata secundū Galienum ⁊ ꝙ eius
caliditas est fortior stipticitate ⁊ ꝙ nūqꝫ alte-
rat humorem immo conseruat eum secundum
equalitatem ⁊ rectificat humorem putrifactū
⁊ conseruat viscera Potus enim croci colorē
efficit bonum Verūtamen facit sodam ⁊ ipse
nocet capiti ⁊ facit sompnum ⁊ obtenebrat sen
sus ⁊ confortat cor ⁊ cetera:sicut sūt iuuamē-
ta in croco simili modo sunt nocumenta quia
ipse crocus facit nauseam ⁊ deicit appetitum

subiunxit Auicen. dicens ꝙ tres aurei de ipso
interficiunt letificando. Qua de re supꝑhabun-
dantia assumptionis eius non laudaẜ quia tol
lit appetitum cibi poꝛtās doloꝛem capiti. ideo
non vtamur eo in cibis in cōdimento in multa
quantitate pꝛecipue estatis tp̄e ⁊ multo magis
si cōplexio colerica fuerit sicꝫ in tp̄e pestis ad
eius pꝛecustodiā est salubꝛioꝛ. De Croco igiẜ
in cibis ⁊ condimētis in parua quantitate ex-
bibere possumus. De alijs aūt speciebus siue
salsamentis dictis in capitulo isto scilicet gario
folis gualanga nuce muscata pipere ⁊ zinzibe
re tanꝗ de magis ⁊ frequentius in viam cibi
⁊ condimenti vsitatis dicemus si cōueniāt in
regimine pꝛeseruatiuo tp̄e pestis. Cū ergo om
nes iste species in natura iuuamēto ⁊ nocumē
to paꝝ differant. Nam gariofoli calidi sunt et
sicci in .iij. gradu ut scribit Auicen. ij. cañ. c. pꝛo
pꝛio licet Auerrois. v. colliget dicat calidi ⁊ sic
ci in .ij. gradu ⁊ attingit ad .iij. ⁊ gualanga cali
da est ⁊ sicca in .ij. gradu ut inquit Auicen. ubi
supꝛa ip̄e enim de nuce muscata dixit ꝙ est ca
lida ⁊ sicca in fine .ij. gradus. De pipere vero
scribit ꝙ est calidum ⁊ siccum tendens ad .iiij.
Similiterꝗ de zinzibare ait Auicen. ꝙ est cali
dum in fine .iij. siccum in .ij. De natura vero si
ue cōplexiōe haꝝ specieꝝ oīs doctoꝛes qua-
si sententiam Auicē. sequunẜ ꝙ iste species no
bis plurimum vsitate ad calidum ⁊ siccum se-
cundū magis ⁊ minus coꝛpus inclinant. Veꝝ
gariofoli confoꝛtant omnia mēbꝛa pꝛincipalia
habentia passiones frigidas ut inquit Auerro-
is. v. colliget etiamꝗ gariofolus coꝛpoꝛis odo
rem bonum efficit ⁊ cōfoꝛtat stomachū ⁊ epar
⁊ confert vomitui ⁊ nausee ut scribit Auicen.
amplius ipsi gariofoli stomachum confortant
atꝗ coꝛ robustum faciūt pꝛopterea in cōdimē
tis frigidis ⁊ humidis cōuenientissimi existūt
bonum eis pꝛestātes odoꝛem sed non in mul-
ta quantitate ponanẜ de eis quia amaricare fa
ciunt ⁊ superfluā inducunt caliditatem sed po
tius in yeme quā in alijs tēpoꝛibus eis uti de-
bemus ut Almansoꝛ. iij. libꝛo inquit. Sed quia
natura omnium haꝝ specieꝝ declinant ad cali
dum ⁊ siccū sunt bene cōuenientes stomacho
⁊ epati frigidis ipsis igiẜ vtanẜ qui talem com
plexionem habēt in suisꝗ cibarijs ⁊ cōdimen-
tis securissime ponere possumus. qui autē ca
lidi sunt ut colerici ⁊ sanguinei ab eis caueant
pꝛecipue in estatis tp̄e. Concludaẜ igitur ꝙ in
pꝛeseruatione a pestilentia vsus haꝝ specierū
non cōpetentes sunt nisi in yeme ⁊ flecmaticis
hominibus ⁊ quietis grossos ⁊ viscosos frigi
dosꝗ humoꝛes habentes per viam indigestio
num causatos sed in quātitate temperata vti-
les sunt in cibarijs ⁊ condimētis frigidis ⁊ hu
midis positis ⁊ cōfectis ⁊ sic completa est do-
ctrina ⁊ regimen de cibis ⁊ condimentis ma-
gis usitatis in custodiam conseruationis ⁊ pꝛe
seruationis sanitatis tempoꝛe pestilentie.


Capitulum vicesimūnonū in quo ostē
demus in generali ⁊ speciali ad quid po-
tus necessarius sit ⁊ que obseruāda sunt
in ipsius potus administratione in homi-
num coꝛpoꝛibus in pꝛeseruanda sanitate
pestilentie tempoꝛe


Eclaratōne aūt in superioꝛibus
facta de administranda comesti
one in cibis ⁊ eoꝝ condimētis
si necessaria fuerint ad pꝛecusto
diēdam sanitatem epidimie tem
poꝛe. Consequenter vero nunc de potu est di
cendum cū non solum necessarium est nobis
comedere sed bibere quod potus dicitẜ ⁊ non
de medicinali potu intelligendum est sed tan-
tūmodo de hoc potu qui nutritioni deseruit q
necessarius est ad cibi solidi ꝑmixtionem ⁊ ad
ipsius in partes coꝛpoꝛis penetrationem. ⁊ sic
potus poꝛtat cibum per totum coꝛpus cū sui
subtilitate ⁊ liquoꝛe dissoluendo ⁊ attenuādo
ip̄m ut possit venas ⁊ ceteras coꝛpoꝛis vias
penetrare ⁊ equidem non fieret nisi liquoꝛ po
tabilis solido cito comesto administreẜ ut in-
nuit Isaach in dictis particularibus. ⁊ sic ubi
magis saluabitur digestionis ratio perfectioꝛ
nutricio subsequetur que in simultanea ꝑmix-
tione cibi cum potu efficitur. Permixtio ergo
elegantioꝛ fit cum simul comeditur ⁊ bibitur.
ex eo quia opoꝛtet grossum cibum substancie
liquide admisceri vt mixtio elementoꝝ diuer-
sarum naturarum existentium indicat hoc au-
tem extat in vera cibi cum potu permixtione:
quoniam ꝙ digeritur reddi opoꝛtet simile in
substantia masse ptisanarie ut Auicen. declarat

pꝛima pꝛimi capitulo nutriens. Ideoqꝫ bibere fuit necessarium vt potus liquidus sic permisceatur cū cibo grosso vt ꝑmixtio debite efficiatur liquida vt penetrare possit ad nutricionē membroꝝ tocius coꝛpoꝛis fienda Ideo biberē fuit necessariū semper cum comedit̄ nisi cibus ita liquidus esset cū sua substantia tali non penetrare posset ad nutricationē causandā ⁊ secūdum cōsiliatoꝛem differētia .c. xviij. triplex est potus: quidam est ꝑmixtiuus vt qui vna sumitur cū alimētis. Alius delatiuus sicut facta digestiōe in vētre ⁊ immediate in epate assumptus est. Et tertius alteratiuus vt q gratia exibetur medicine. ꝓpterea cōsiliatoꝛ dat diffinitionē potus dicēs: potus quoqꝫ est res nō naturalis actu humida ciboꝝ in ventre ꝑmixtiua ⁊ eorundē in ꝑtes declaratiua. Sciendum tamen est ꝙ qdam volucrunt pꝛimitus foꝛe totum comedendum deincpes postqꝫ in vētris residerit fundo bibēdum ꝙ simul debet sumi potus cū cibo ⁊ dicit̄ ꝑmixtiuus postea est delatiuus qdam dixerunt ut anglici pꝛius cōmestionem mediā assumere demū bibere incipiūt Amplius notandū ꝙ melioꝛ oꝛdo istoꝝ dictorum est ꝙ simul accipiant̄ cibus ⁊ potus: ⁊ ratio cōsiliatoꝛis est: nam satisfaciēdum ē appetitui recto quando secūdum naturā ꝓcedit. sed cibus vna cū potu desideraẗ ⁊ ꝓpꝛie cū fuerit siccus itidē ꝑmixtio ⁊ vnicio ad digestionē oꝛdinat̄ ⁊ hec ad nutritionē ⁊ tamen hec in salutis cōseruationem ꝑmixtio ergo elegantioꝛ fit cū simul comedit̄ ⁊ bibitur eo ꝙ cibum grossioꝛis substātie opoꝛtet ad bonā mixtionem substātie liquide admisceri: quoniā digestio est ꝑfectio a ꝓpꝛio ⁊ naturali caloꝛe cōtra iacētib⁹ passionibus. iiij meteoꝝ. vbi magis saluabitur digestionis ratio ꝑfectioꝛ nutritio subsequetur hoc aūt est in simultanea ꝑmixtione cibi cum potu quoniā opoꝛtet ꝙ digerit̄ reddi simile in substātia masse ptisane oꝛdeacee ut supius fuit dictum: quādoqꝫ ista assumptio cibi cum potu simultanea est nociua aliqbus nō vsitatis tali oꝛdine ymo pꝛimitus totū comedēdum ⁊ post bibēdum uel mediam cōmestionem asumere ⁊ post bibere: isti tales tali oꝛdini vsitati faciūt bonā digestionē: Et nō est alia ratio assignanda nisi qꝛ cōsuetudo est altera natura cōstituta vnde Auicen. iij. ꝑ. dicit vsus est extra rationem existens vt sunt ebꝛij qui cōsuetudine deprauata fere illesi tabernas ante luciferum expostulāt: aut qui habuerint humoꝛes frigidos in ventre potus vini stomacho vacuo est optimum ⁊ ꝑmaxime si ei antiqua cōsuetudo affuerit: aut qui bibit aquā ꝓpter ardoꝛē stomachi stomacho vacuo vt Rasis. iiij ad Almāsoꝛem nullus aquā ieiunus bibere debet nisi qui magnum stomachi ardoꝛem habet: aut ratione tēpoꝛis calidi humiditatē. exsiccantis Sequitur ex hijs dictis ꝙ potus aque vl' vini nō solum ad sanitatis sed etiā ad vite conseruationē necessarius ⁊ vtilis existit: verumtamen peraccidens potus vini vel aque nō in hoꝛa ⁊ in quātite debita oꝛdinata ⁊ cōpetenti sumptus nociuus ⁊ inutilis est: Et causa egritudinis ⁊ moꝛtis: ob hāc causā a doctoꝛibus p̄cipitur vt cū stomachus vacuus fuerit ⁊ ieiunus nō bibat vinum siue aquā vt scribit Auicē. iij. ꝑmi. d. ij. capi. viij. Scies ꝙ bibere aquā cum aliquis est ieiunus ⁊ post exercitiū ⁊ balneationem ⁊ ꝓpꝛie ventre vacuo vehementer est impedicēs Similiter medicus sapiens debet ꝓhibere vinum ieiuno ⁊ vacuo stomacho qꝛ multa nocumenta sequunt̄ vt innuit Auicen. xi. iij trac. ij. capi. viij. dicens cū vacuitas ⁊ fames adest nō aproximetur ei vinum purum qꝛ foꝛtasse accidet ex eo mixtio rationis ⁊ spasmus ⁊ Rasis iiij. Almansoꝛis capitu. v. inquit in potationis regimine obseruanda est regula: ne aquā ieiuni vel supꝛa mensam nisi postqꝫ comederint ⁊ ventris superioꝛa alleuiata fuerint sumere presumant. ⁊ ipse inferius subiunxit: nullus antē ieiunus aquā bibere debet nisi qui magnum habet ardoꝛem: postea inquit homo famelicus ⁊ vacuus vinum bibere non debet: Et sic concludēdum est ꝙ gracia nutricionis stomacho vacuo nō bibendum est: Gratia autem medicine exibere poterimus sicut superius declaratū fuit: qua de re circa potum que salubꝛia necessaria ⁊ vtilia sunt ex dictis enarratis superius vnusquisqꝫ ad pꝛeseruationem pestis tempoꝛe obseruare debet.

Capitulum tricesimum in quo declarabitur in speciali de cuiuslibet administratione potus ꝑmaxime vini ⁊ aque ⁊ que in

uamenta ⁊ nocumēta ex ipso in preserua-
tione pestilentie tempore sequuntur·



Ed quia ostēsum fuit in antece
denti capitu. que obseruanda
sunt in ipsius potus administra
tione in generali: opportet autē
in speciali aliquid scribere secū-
dum doctrinam antiquoꝝ sapientum: Et spe-
ciales questiōes ipsi ponunt prima est ꝙ post
quoscunqꝫ motus fortes vinum nec aquā bi-
bere debemus ⁊ est sententia Aristotel'. in. v.
ꝓbleumate xxx. dicentis: quēdmodum enim
post laboriosum exercitiū illico non est come-
dendum paritерqꝫ nec bibendum vt superius
fuit enarratum auctoritate Auicen. dicētis bi-
bere aūt aquam post exercitium ⁊ cetera ⁊ Ra
sis. iiij. Almāsoris v. capitu. vbi inquit. Debet
preterea quisqꝫ ieiunus post balneum vl' post
coitum vel post fortem motū qui hominis an
helitū frequētem facit cauere debet ne multā
aquam frigidam subito bibat ⁊ ipse inferius di
cit: famelicus aūt ⁊ vacuus vinum bibere non
debet nec post cibū acutum nec post balneum
nec post fortem motum ⁊ q̄uis hec dicta supi
us sint notata tamen quia vtilitatē magnā im
portant necessariū est ꝙ pluries incitef ⁊ scri-
baf vt dixit Galie. in lib. de morbo. ij. Est alia
conculsio ꝙ sup mala cibaria non accipiaf vi-
num nisi medicine gratia ⁊ in parua quantita
te sumptū forsitan illorum ciboꝝ malitie corri
gentur: quoniam supra cibi mali chimi bibere
vinum dum comedif aut ante aut postq̄ dige
ritur est malum quoniā facit malum chimum
in extrema corporis penetrare: ⁊ precipue su-
per fructus ⁊ proprie mellones vt Auicē. scri
bit. iij. p̄. d. ij. capitu. viij. ⁊ Auerro. vero in se-
cunda parte canticorum xxxiiij. cōmento inqt
non est ꝯtinuandus omni die potus vini nec
est bibendus ieiuno stomacho nec etiam post
assumptionem cibi subtilis vel acuti. Et ratio
est quoniā acuta cibaria vt allia ⁊ cepe ⁊ hu-
iusmodi valde calida sunt similiterqꝫ vinū cali
dum est cum cibaria acuta malum chimum ge
nerent colericum ⁊ vinum penetrare facit illū
chimum ad intima membrorum corporis ⁊ in
de ipsius corporis sequitur inflāmatio ⁊ in hu
moribus calida alteratio ⁊ discrasia ad quam
potest fieri febris putrida vel ad ipsam preuia
dispositio: Propterea cōsilium est ꝙ super si-
milia calida cibaria vinum non bibatur sed po
tius aqua: aut vinum aquosum vicinum natu
re aque existens: Ideoqꝫ dixit Aristotilis in
xxi. ꝓbleumatum probleumate viij. ꝙ sup fruc
tus calidos aqua bibatur super frigidos vero
vinū bonū ⁊ paꝝ· Amplius est dubitādū si qs
habuerit sitim post tres vl' quatuor horas p̄n
dij vel cene si potum exibere possumus preci-
pue magnam vini vel aque quātitatem: respō
dendum est cum Auicen. iij. p̄. capt. viij. inqui-
ens: post cōmestionem nō est bibenda aqua q̄
inter cibum ⁊ corpus stomaci separationē feci
at ⁊ ipsum natare sed expectandum ⁊ non bi-
bendum donec descendat ꝙ quidem declarat
superioris ventris lenitas ꝙ si sitis ei necessi-
tatem portauerit modicū aque frigide suggen
do sumat. Et subiunxit Auicen. capitu. dicto
dicens. Scias ꝙ siti mendose nocturne obedi
re quemadmodum accidit crapulatis ⁊ ebrijs
⁊c. Et si multa fuerit necessitas oportꝫ vt aere
frigido temperetur ⁊ collucione oris ex aqua
frigida: si aūt hec non iuuant cū vase stricti ori
ficij bibat etiamqꝫ dormire ⁊ sitim tollerare ip
sam sedat etiamqꝫ vinū quoqꝫ post cibum est
ex rebus magis impedientibus suple digestio
nem quoniam velociter digeritur ⁊ penetrat
⁊ facit penetrare cibum cum nō dum est dige
stus ⁊ facit possidere opilationes ⁊ putrifac-
tionem: ⁊ hoc scribitur in tertio. Almāsoris ca
pitulo. v. cum inquit: Si quis aqua reprimen-
di sitim causa vti voluerit non ad saturitatem
sed parum ex ea sumant: postq̄ vero ventris
supiora alleuiata fuerint cibusqꝫ ab eo descēde
rit satiari ex ea ⁊ vino debent. Amplius atten
sione dignū est: ꝙ multotiēs ratione ⁊ expien
tia comprobatum est ꝙ aliqui habētes stoma
chum valde calidum ⁊ siccū etiamqꝫ epar in-
digestionis cerebratione prima anteq̄ cibo ⁊
potu fiat digestio perfecta silicet chillus admo
dū ptis ne ordeacee: ab epate autem calido fit
atractio ⁊ succio humiditatis chillose tali mō
ꝙ chillus nō pfecte coctus remanet exsicca-
tus ab humiditate pot⁹ faciēte eū liquidū re-
mota illa humiditate a cibo: stomachus digesti
onē nō poterit ꝯpletā facere: ex eo q̄ nō adhe

ret ꝑietibus stomachi ratione siccitatis ⁊ pon
derositatis cibi qꝛ comulat̃ in fundo stomaci
⁊ semꝑ humiditatis chilosse succio efficitur ⁊
post humiditatis substantifice oꝛis stomaci ex
siccacio adiuuãte stomachi caliditate ⁊ sic cau
sat̃ sitis ⁊ ꝑ ꝯsequens nõ bibere maximũ nocu
mentũ est: Si qs aũt talem sitis dispositionem
habuerit bibere debet ꝑcipue aquã bonã aut
paꝝ vini aquosi nature aq̃ vicini cũ multa aq̃
q̃ntitate ꝑmixtum vt liqdus efficiat̃ chillus ⁊
in eo bona cõpleat̃ digestiõis chilificacio vt pe
netrare possit in venas meseraycas ⁊ in epate
vtiqꝫ ij. efficiat̃ digestio scilicet chilli sanguifi-
tam ⁊ approbatam contra omne venenū ⁊ nō
est tante caliditatis ⁊ siccitatis sicut metrida
tum vt inquit Auicenna in libello de viribus
cordis ca. vltimo dicēs existimaui caliditatem
metridati ⁊ tiriace ⁊ inueni caliditatem tiriace
in fine secūdi ⁊ metridati citra aliquātulum q̄ꝫ
uis sua cōponentia fortiora sint ⁊ maioris etiā
ponderis ⁊c̄ Sed quia forsan tiriaca magna
nō inuenitur perfecta Nam isti ribaldi ⁊ praui
aromatarii qui ipsam vendūt sophisticant quia
duplicāt siue triplicant mel vel tiriacam ipsi fa
ciūt sine trocissis de tiro ⁊ in tali nulla reperit̄
ꝓprietas tiriace perfecte andromachi ⁊ ꝑ cōse
quens cōtra venena non aliquam oꝑationem
facit scilicet attrahendo ad se vel extra expellē
do siue consumendo ⁊ sic dicta tiriaca in pre
seruatione vel in curatione febris pestilentialis
nullū iuuamētum inducit in corpore humano
imo nocumentum quia ꝓpter vsum ipsius tiri
ace corpus sup calefit ⁊ cor est in causa attra
hendi aerem corruptum ad ipsum. tunc meli
us est vti metridato finissimo approbato q̄ꝫ ti
riaca. ꝓpterea quia in cōpositione metridati ꝑ
aromatarios non tantus error fit quia descrip
tiones metridati nō sunt plures sicut in tiriaca
Amplius scire debes vt scribunt Auicēna qn
to canone. ca de tiriaca ⁊ in libello de viribus
cordis. ca. ultimo ⁊ Auerrois in libro de tiria
ca etiāqꝫ Arnaldus de villanoua in libro de ti
riacalibus medicinis dicentes ꝙ tiriaca dupli
cem oꝑationem facit scilicet ex simplicibus ex
quibus componitur ⁊ ex tota forma que post
fermentationem ex eis resultat vel euenit nam
ut dicit Auerrois vbi sup̄ ꝙ in qualibet quan
titate ex minimis ꝑtibus tiriace inuenies om
nes speties virtutū medicinaꝝ singulariū que
in ipsius summa ingrediunt̄ videlicet ꝙ in q̄li
bet ꝑte eius inuenies verbi gratia virtutē opii
⁊ euforbii ⁊ aliaꝝ medicinaꝝ ex qbus ipsa cō
ponit̄ sicut inuētum est in qualibet parte pomi

coloꝛ odoꝛ ⁊ sapoꝛ ⁊ sicut inuenta sunt quatu
oꝛ elemēta in quolibet composito ex eis Et ex
simplicibus quidem pꝛecipue ante eius perfec
tam fermentatiōem scilicet post sex menses du
pliciter tiriaca operatur primitus autem infrigi
dando ⁊ stupefaciendo pꝛopter opij virtutem
Deinde calefaciēndo ⁊ dissoluēdo medicinis
calidis superantibus tandem frigiditatem opij
ideoq̧ a medicis administraᷓ in doloꝛibus co=
lice passionis ⁊ doloꝛibus matricis ex ventosi
tate factis Secundo tiriaca vero post eius per
fectam fermentationem inuenitur in ea virtus
maioꝛ virtute singularium medicinaꝝ vt Auer
rois declarat nam inuenies ꝙ mixtum quod
generatur ex aqua ⁊ terra est res durioꝛ ⁊ gra
uioꝛ quolibet istoꝝ ⁊ est illud plumbū Etiāq̧
inuenies in igne. ignis enim materialis foꝛtio=
ris calefactiōis est q̄ȝ sit ignis in spera sua ⁊ sic
virtus tiriace q̄ euenit ex suis simplicibus sin=
gularibꝰ est foꝛtioꝛ cōtra omne venenū q̄ȝ sit in
singularibus ⁊ hoc nō est scitū nec notū per vi
am rationis sed solo experimento. ⁊ ideo dicūt
sapiencioꝛes pꝛecise ꝙ directio ad compositio
nem tiriace pꝛocessit ab inspiratione pꝛouiden
cie diuine vel arte inspiratiua consimili Pꝛo
intellectu veritatis tiriace attencione dignum
est si competat in pꝛeseruatiōe a pestilētia vsus
eius; ⁊ Auicēna in quinto canone capitulo de
tiriaca ⁊ in pꝛima quarti capitulo de pestilen=
tia inquit ꝙ pꝛeseruat a pestilentia ⁊ confoꝛtat
spiritus nostros ⁊ calidum innatum Sed con
tra hoc dictum Auerrois in tractatu de tiriaca
facit plurimas rationes Pꝛima ratio est nam
illud ꝙ habet naturam veneni non confoꝛtat
caloꝛem naturalem a ꝓpꝛietate. sed tiriaca ha
bet hoc quia in ea sunt carnes tiri que sunt ve=
nenose Secundo ꝙ transmutat corpus de cō
plexione vna ad aliam non videtur confoꝛtare
sed tiriaca est huiusmodi q̧a conuertit coꝛpus
ad complexionem colericā vt octauo terapen
tice Galienus capitulo penultimo Item quia
in medicina in qua sunt virtutes excedētes in
trāsmutando nos nō videtur ꝙ confoꝛtet nos
sed in tiriaca sunt tales vt opium ⁊ squilla scor
deon ⁊ huiusmodi quia ista non coꝛrūpuntur
sed saluātur virtutes eoꝝ sicut in mixto elemē=
ta Sed clarius hoc voluit Auerrois tractatu
de tiriaca ꝙ tiriaca non confoꝛtat calidum na=
turalē hominis sani sed hominis positi in dispo
sitione mala veneni vel humoꝝ qui habēt qua
litatem similem veneno ⁊ ipse arguit sic aucto=
ritate Galieni quinto de simplici medicina nā
medicina que est media inter coꝛpoꝛis naturā
⁊ naturā veneni siue inter medicinas ⁊ vene=
na nō confoꝛtat a ꝓprietate calidum naturalē
imo inquantum habet de veneni natura ledit
calidum naturale sed tiriaca est huiusmodi er=
go ⁊c̄ Amplius in tiriaca sunt medicine medie
inter medicinas ⁊ venena ergo virtus eius su=
per medicinas est foꝛtioꝛ virtute medicinaꝝ ⁊
debilioꝛ in virtute venenoꝝ; q̄ȝuis compositū
declinet versus naturam iuuantium tiriaca ha
bet de natura veneni Item confirmatur ꝑ dic
tum Galieni vbi supra ꝙ si homo sanus conti
nuat super vsum tiriace non oꝑabitur super eo
venenum siue medicina venenosa nam accidit
ꝙ homo qui vsus est tiriaca non patitur a ve=
neno ergo factus est similis veneno quia illud
quod in aliud non agit effectū simile est ei pꝛo
culdubio Ex hoc sequitur ꝙ ille homo est fac=
tus diuersus a cōplexione alioꝝ hominum q̧a
acquisiuit talis homo qui vsus est tiriaca vnā
complexionem contrariam venenis siue medi
cinis venenosis Ex hoc seq̄tur ꝙ coꝛpus ve=
nit ad complexionem medicinaꝝ vincentiū ve
nena Ex hoc etiā sequitur ꝙ coꝛpus nō rema=
nebit in termino naturali ⁊ hec permutatio est
egritudo Item Auerrois arguit ꝙ tiriaca nō
competit in conseruatione sanitatis nā illi me=
dici qui contra precepta Auerrois regebant fi
lios regis cum tiriaca in conseruatione sanita=
tis dampnificauerunt eos multum Circa hec
dicta Auerrois possunt poni due conclusio=
nes; pꝛima est ꝙ tiriaca nō habet virtutes cali
dum hominis sani cōfoꝛtandi; secūda est ꝙ ipa
tiriaca non competit in regimine conseruatio=
nis sanitatis Ad declarationē ⁊ solutionem ha
rum conclusionum dicit gentilis ꝙ si mediti=
ne dicte alixiterie id est a moꝛte liberantes sint
venenose siue occidētes siue deliterie sunt me=
die inter medicinas ⁊ venena Secundo dicit
ꝙ potest sustentari ꝙ tiriaca a pꝛoprietate con
foꝛtat calidum naturale Ad hoc declarandum
infert cōclusiōeȝ dicēdo ꝙ medicine liberātes

a veneno generali diuisione sunt duoꝝ modo⸗
rum quedā que hoc faciunt cōfortando calidū
naturale cordis ⁊ calidum alioꝝ mēbroꝝ dan
do quandam ꝓprietatem per quam fit fortis
contra venena ⁊ alia occurrentia ⁊ talia sunt
vinum iacinctus grana citri cortices limonum
smaragdus vt dicit Rabi Moises in libro suo
de venenis. ita ꝙ calor naturalis noster cum
hijs medicinis dictis scilicet granis citri iacin⸗
to smaragdo ⁊c̄ calor innatus potest opari id
ꝙ sine eis non potest taliter ⁊ fortiter operari
Et ꝗuis iacinctꝰ nō det calori naturali formā
sufficit enim ꝙ ei assistat ⁊ hoc intellexit Aui⸗
cenna in libello de viribus cordialibus quādo
dicit ꝙ iacinctus nō indiget ꝑmutatiōe in sub
stantia nec in accidentibus proprijs ad hoc vt
agat sed mutatione in vbi siue loco ⁊ similes
modi cōfortandi reperiuntur in multis alijs re
bus. sicuti si smaragdus ponatur supra corpus
iuuat in dissinteria vt dicit Auensoar capitulo
de excoriatione intestinorū ⁊ hoc confirmauit
Rabi moises laudando zoar sup omnes exper
tos ⁊ magis verificat̄ ꝑ dictū ꝓtholomei in
centiloquio ubi inquit celeste sigillum ⁊c̄: que⸗
dam autē sunt medicine que a veneno liberāt
agendo in venenum ⁊ iste sunt duorum modo
rum ꝗdam faciunt hoc venenum corrumpen
do vel alterando siue vigorem remittēdo: que
dam faciunt hoc euacuando ipsum a corpore
ille autem que faciunt hoc alterando siue cor⸗
rumpendo venenum sunt duoꝝ modoꝝ que⸗
dam que corrumpunt venenū vehementi ope
ratione manifesta sensui sicut canterium illis si
venenū est frigidum calefacere sicut ei qui sūp
sit opium vel iusquiamū damus castroreum vt
quarto libro fen sexta. vel si venenum est cali⸗
dum infrigidare sicuti ergo in veneno viscoso
putrifactiuo damus fortiter incissiua vt in cura
fungorū stercus galline . quedam vero remit⸗
tunt siue corrumpunt venenum sine vehemen
ti opatione ⁊ hoc faciunt qualitate prima vel
secunda vel sua substantia sicut lac ⁊ aqua te
pida multitudo ⁊ ciborum multitudo in qui⸗
bus veneni substantia inbibitur ⁊ confunditur
⁊ sua acuitas remittitur de qua Auicēna quar
to canone fen sexta capitulo primo de cura illo
rum qui sumpserunt venenum. etiāꝙ quedam

medicine corrumpunt venenum cū ꝓprietate
non cōiuncta forti operationi sicut semen citri
vnde sexta quarti tractatu tercio capitulo vice
simoprimo semen citri contrarium est omni ve
neno vt quinto colliget capitulo de citro ⁊. ca
de fungis Auicēna dicit ⁊ pira sūt tiriaca fung
orū. certum enim est ꝙ grane citri ⁊ pira non
faciunt vehementem operationem in corpus
nostrum quantumcumꝙ homo sanus comme
dat non permutatur ab eis Certū vero est ꝙ
iste non sunt res venenose sed secure in tempo
re sanitatis possumus eis vti ⁊ cū hoc iste res
habent ꝓprietatem cōfortandi calidū naturale
etiamꝙ agendo in venenum cum proprietate
sua ⁊ sic vno quoꝙ modo liberare possūt a ve
neno ⁊ non sunt venenose Ex hijs dictis infe
rimus vnam conclusionē contra Auerroim ꝙ
non omnis medicina liberans a veneno est ve
nenosa sicut diximꝰ de granis citri ⁊ alijs Di⸗
camus ergo ꝙ quādo sermones Galieni erūt
intellecti verum dixit nā Galienus nō enume
rat in capitulo illo medicinas tiriacales siue li⸗
berantes a veneno nisi illas ꝗ sūt cū forti ope⸗
ratione scilicet cum corruptione vel euacuatio
ne sunt liberantes ⁊ magis manifesto modo li
berant a veneno ⁊ magis directe euacuando
sicut caro tiri ⁊ vipere in veneno scorpionis ꝗ
cū proprietate coniuncta forti operationi hoc
faciunt propter hoc granorum venenorum si
samini quantitas talem effectum facere potest
cōtra venenum ⁊ sunt venenose res De alijs
medicinis liberantibus a veneno que non sunt
venenose in alio capitulo posuit Galienꝰ: nunc
restat dicere de tiriaca in quo ordine dictorum
ponere debemus Et dicamus ꝙ tiriaca nō fer
mentata que non habet vnā formam commu
nem est medicina iuuans contra venena ⁊ est
liberans ab eo per proprietatem cum vehemē
ti operatione per fortes qualitates venenosas
⁊ non venenosas medicinarum componentiū
tiriacam: ea propter euenit effectus fortis qui
non conuenit homini sano in regimine conser⸗
uatiuo sanitatis Et dicamus ꝙ si tiriaca cōfert
veneno scorpionis ⁊ intrat in ea agaricus si cō
fert veneno tiri quia intrat in ea caro tiri si ve
ro confert veneno tali vel tali quia intrat hoc
aliud ⁊ sic bene dixit Auer. ⁊ sua ratio ꝓcedit

in tractatu de tiriaca qui probat tiriacam esse
venenosam quia compositam ex medicinis me
diis inter medicinas ⁊ venena ⁊ liberat a ve-
neno cum vehementi operatione per virtutes
simplicium ⁊ quantum ad hoc habet nomen
rei vel rerum multarum medicinarum veneno
sarum quia multa sua simplicia sunt venenosa
Ideoq͡ʒ usus talis tiriace non fermẽtate in cor
pore hominis sani frequentatus non est licitus
imo prohibitus quia esset in causa permutatio
nis complexiõis corporis ad deteriorem com
plexionem ⁊ sic corpus non permaneret in ter
mino naturalis complexionis sicut supius dic-
tum est in quodam argumento Si autem tiria
ca sit fermentata est aliud iudicium quia habet
vnam formam additam formis simplicium ⁊ il
la forma est vna sicut vna anima ⁊ hec forma
est specialis siue specifica que sequitur ex com
plexione simpliciũ medicinarum idest ex cõplexio
ne earũ resultante et ista forma est aliud q̃ʒ for
ma simplicium vt septimo metaphisice commẽ
tator vltimo commẽto ⁊ talis forma habet ali
as operationes a formis simplicium quia effec
tus formarum specificarum non possunt per
rationem inuestigari sed sciũtur solo experimẽ
to vt Auerrois quinto colliget ⁊ primo canti
corum ⁊ Galienus nono de simplici medicina
sexto capitulo ⁊ zoar tracatu decimo capitu.
quarto ⁊ Rabi Moises in principio commen
ti amphorismorum ⁊ ista forma specifica tiriace
est talis que est conformis nostro calori inna-
to etiam acquirit sibi confortationem ⁊ propri
etatem mirabilem contra venenum igitur ha-
bet duas virtutes a proprietate scilicet vnam
confortandi spiritum ⁊ calorem innatum ⁊ ui
gorandi illum ⁊ aliam virtutem a proprietate
expellendi venenum sicuti famosiores docto-
res medicine affirmant per experientiam con-
tra Auerroim ꝙ tiriaca habet virtutem con
fortãdi calidum naturale hominis sani vt dix-
it Auicenna vbi supra ⁊ alij solemniores auc
tores hoc dicunt ⁊ affirmant per experiẽtiam
vt testificat Andromachus in secundo capitu-
lo primi libri ⁊ Galienus in capitulo de com-
moditatibus tiriace inquit Consulo propter-
eas que fiunt circa aeris cõstitutiones ⁊ prop-
ter alias necessitatum causas accipere de hoc

antidoto frequenter etiam sanum existentem
Amplius Galienus multa scripsit de ea tiria-
ca que non possunt vere esse nisi magnam pro
prietatem haberet confortandi calidum natu-
rale Dixit enim quot vigorat virtutem ⁊ facit
bonam eucrasiam ⁊ facit ad anime prudẽtiam
⁊ Auicenna in quinta canone ⁊ in libello de
viribus cordialibus preallegato capitulo dicit
ꝙ temperat complexionem humanam ⁊ con-
fert ei ⁊ letificat cor ⁊ auffert tristitiã ⁊ postea
subdit ꝙ homo temperate complexionis quã
do vtitur tiriaca vel metridato prosunt ei ad
confortationem cordis maximo iuuamento ⁊
conseruat sanitatem in ipso ⁊ serapio tractatu
tertio dicit de tiriaca est enim maximum iuua-
mentum in conseruatione sanitatis Ex omni-
bus hijs testimonijs habemus ipsam posse cõ
cedi ad conseruationem sanitatis Ex hijs dic-
tis possumus soluere conclusionem de tiriaca
magna si conferat in conseruatione sanitatis
Dicamus ut gentilis dicit ꝙ regimen conser-
uatiuum est duplex quoddam purum in quo
solum conseruatio intenditur ⁊ non est suspec-
tio ꝙ hoc corpus sit in aliquo lapsu ⁊ in hoc
regimine non cadit vsus tiriace quia licet cor
a sua proprietate tiriace confortetur non ab-
soluitur ab operatione forti simpliciũ ⁊ ꝑmaxi
me si tiriaca est recens Aliud regimẽ est preser
uatiuum prouidens alicui futuro periculo de
quo cadit suspicio siue propter causas extrin-
secas inopinabiles de suspectione veneni vel
morsu a venenis vel a corruptione aeris pesti
lentialis a quibus nullus homo securus viuit
vel ꝓpt̃ causas intrĩsecas de generatiõe humo
rum ꝑuorum a q̄bus etiã null⁹ homo secur⁹ viuit
quãtũcunq͡ʒ optime sanus ⁊ ꝓpt̃ varias cibo
rum indigestiones ⁊ illarum superfluitatum ex
pulsiones priuationes ⁊ retentiones vel prop
ter aliquas indiuiduales conditiones homo
optime sanus generat aliquem humorem pra-
uum qui ponit eum in periculo mortis Sequi
tur ex hijs ꝙ in regimine preseruatiuo ingredi
tur vsus tiriace Sed hec dicta indigent ampli
ori declaratione ⁊ debes scire ꝙ licet tiriaca a
proprietate multa iuuamẽta habeat. rationem
tamen assignare debemus in modo vsus eius
Et ad hoc inuestigãdũ oportet describere eta

tes tiriace: ⁊ cōsiderandū ꝙ licet etas sit dispo
sitio ꝓprie viuentibus attributa tamē in ꝓprie
⁊ similitudinarie non viuentibus attribuitur il-
lis in quibus secundum temporum varietates
apparet effectuum varietas ⁊ hec est tiriaca vt
per experientiam est repertum Iterum cōside
randum est ꝙ sicut in homine distribuūtur qua
tuor etates secundum Auicennam scilicet in
fancia pubertas adolescentia ⁊ iuuentus ⁊ se-
nectus: nā infantia incipit a principio ortus sue
animacionis ⁊ habet formam humanā sed de-
bilis operationis ⁊ durat vsq ad .xiiij. annos
pubertas incipit in .xiiij. anno ⁊ est manifestum
augmentum ⁊ homo iam apparet magnus ⁊
fortis ⁊ durat vsq .xxv. annū adolescentia est
finis augmenti vt quinto Amphorismorū ⁊ eti
am iuuētus durat vsq ad .xxxvi annos vel .xx
xx. Senectus est finis tocius etatis ⁊ sic docto
res attribuerūt tiriace etates quatuor dicte sci
licet infantia pubertas adolescentia iuuentus ⁊
senectus Dicamus vt nobis apparet ꝙ tiria-
ca potest dici fermentata quando habet for-
mam sed non alias dispositiones sicut homo in
fans qui non habet fortes dispositiones ⁊ ha-
bet formam ⁊ magis fortes dispositiōes habet
pubertas in homine qui habet gradus vsq ad
complementum iuuentutis: consimiliter tiriaca
potest dici perfecta in forma cōmuni tiriacitatis
licet non in omnibus dispositionibus est fortis
Ideoq sicut est dare gradus vsq ad comple-
mentum dispositiōis hominis quia minus per-
fectus est a principio pubertatis vsq ad princi-
pium iuuentutis in iuuentute autem habet vl-
timū complementū dispositionū ⁊ sicut a prin
cipio senectutis remanente forma substantiali
hominis homo procedit deficiēdo vsq ad mor
tem sic tiriaca post senectutem moritur Et no-
ta ꝙ quedā est tiriaca breuis vite ⁊ habet eta-
tes breues ⁊ cito fermentatur vt in regionibus
calidis quedam est tiriaca longe vite ⁊ longas
habet etates sicut homines longe vite in regio
nibus frigidis vel temperatis ⁊ permaxime in
frigidis ⁊ est infans ⁊ pubes vsq ad vicesi-
mū annum ⁊ in alijs viginti annis habet sta-
tū ⁊ in alijs viginti declinat: ergo post sexa
gita annos est mortua ⁊ hoc est ꝙ dicit Auer
rois in tracratu de tiriaca: teriace operatio-
nes non mutantur nec separantur ab ea: spacio
viginti annorū ⁊ in virtute sua manet vsq ad
quadragesimū .v. annū ⁊ minuit suā operationē
vsq ad sexagesimū annum ⁊ quando est vltra
sexagesimum annum non potest perficere nec
complere operationes suas ideo in regione ca
lida tiriaca est breuis vite ⁊ est infans ⁊ pubes
vsq ad decem annos ⁊ post in alijs decem est
in statu ⁊ sunt viginti: postea vsq ad decem de
clinat: ergo post triginta annos hec tiriaca cito
fermentata est mortua Ex hijs notatis sequit
ꝙ tiriaca habet tria tempora scilicet augmentū
statum ⁊ declinationem tempus vero augmen
ti est infancia ⁊ pubertas: tempus adolescentie
⁊ iuuentutis est status ⁊ tempus declinationis
est senectus sua Ex hijs intelligere debemus ꝙ
tiriaca ante fermentationem scilicet ante infan
tiam est fortis virtus ⁊ operatio per simplicia
⁊ est debilis per formam comunem specificam
tiriacalem resultantē quia illā non habet Ve-
rumtamen que est infans scilicet sex mensium
non habet formam cōmunem specificam tria-
ce sed habet propinquum fieri forme ꝙ potest
dici formam esse Et talis tiriaca sex mensium
habet operationem ab illa forma specifica debi
lem sed fortem a simplicibus medicinis: ex hoc
sequitur ꝙ tiriaca vnius anni habet virtutem
comunem magis fortem ⁊ simpliciū magis de
bilem Ex hijs dictis respondere possumus ad
aliqua argumenta superius facta si bene consi
deras Amplius dicamus ꝙ tiriaca qua vtimur
contra venena non debet esse recens scilicet an
te fermentationem ex hoc quia non habet nobi
le iuuamentum a forma communi specifica sed
debemus vti tiriaca a tempore perfecte fermē-
tationis vsq ad senectutem: ⁊ quando tu vis
operationē maiorē simplicium tanto eligas nō
fermentatam vel in fermentatione magis nouā
verbi gracia: si volo a tiriaca exsiccationem ꝑ
carnes vipere vel fortiorem stupefactionem ꝑ
opium eligas eā que est infans ⁊ si vis facere
maiorem exsiccationem eligamus eam ante in
fanciam sue compositioni propinquam Alteri
us dicendum est ꝙ in egritudinibus verbi gra
tia paralisi quartana humiditatibus stomachi
superfluis opilationi matricis regulariter tiria
ca antiqua vti debemus Ratio est quia in istis

non queritur fortis operatio que est in tiriaca
ante senectutē sufficit in hijs tiriaca senescens
Et aduertendū est ꝙ quāto tiriaca iuuenilis
excedit senilē in bonitate oꝑationis per specifi-
cā formā tiriacalem in tantū etiā est ꝑfectioris
operatiōis ꝑ simpliciū virtutes ⁊ vigorosius
agit plusq̄ senil'. sed tiriaca iuuenili rarius ⁊ in
minori quātitate vti debes. senili vero in maio
ri quātitate ⁊ frequētius Et nota secūdū doc
trinā doctoꝝ dosis tiriace recētis est ab aureo
semis ad aureum vnū sed senilis tiriace nō est
talis dosis eius sed maioris quātitatis ⁊ intel
lige ꝙ aureum quādoq̄ est dragma vna quā-
doq̄ minus q̄ dragma Communior tamē ac
ceptio ⁊ vsualior est ꝓ dragma hic rome ⁊ per
totā istam regionem est plusq̄ dragma. verūta
men scire debes ꝙ doses tiriace nō sunt certe
quātitatis determinate qa ātiqui ⁊ solempnes
medici nō posuerūt determinatā dosim quia
dosis tiriace est inuenta exꝑimento ⁊ daē com
muniter a quantitate fabe vel lupini vsq̄ ad
dragmā vnā ⁊ aliquid plus ⁊ addimus ⁊ di-
minuimus dosim cōsiderationē habēdo ad ea
que Auerrois scribit tractatu de tiriaca vbi in
quit. ⁊ oportet vt derelinquaē estimationi me-
dici nā tiriaca diuersificatur in potu eius secun
dū fortitudinē ⁊ debilitatē tiriace in etate sua
⁊ secūdum cōplexionem infirmi ⁊ regionem ⁊
tempera anni ⁊ secundū aerē corruptū in sub-
stantia ⁊ qualitate Sed vlterius de tiriaca at-
tentione dignū est si supposita suꝑ loco morso
animalis venenosi vel suꝑ pustulā venenosam
valeat extrahere illud venenū ⁊ videtur ꝙ sic
nam caro vipere si emplestreē super morsum
vipere valet vt Auicēna sexta quarti capitulo
de emplastris ad morsurā viperaꝝ ⁊ Galienꝰ
decimo de simplici medicina inq̄t ꝙ quidā se
curauit a lepra cum carne serpentū commesta
⁊ linita Auenzoar vero tertio thesir capitulo
nono ponit ꝙ si tiriaca ponitur super pustula
venenosa valet ⁊ etiam Galienus in libro de
commoditatibus tiriace laudat tiriacā in mor-
su canis rabidi si ad extra ponaē ⁊ bibatur con
firmat hoc Galienus in dicto libro ꝙ tiriaca
ad extra posita vel vt aliqua ventosa emulget
⁊ trahit venenū ad se ex profundo ⁊ eum cor-
rumpit ergo tiriaca habebit virtutem ⁊ propri

etatem trahēdi venenum ad se ⁊ pellēdi illud
sicut farmacū solutiuū Ad declarationem haꝝ
auctoritatū gentilis lōgos sermōes facit quos
abreuiabimꝰ quādā distinctiōez faciēdo ꝙ tiri
aca habet duas v̄tutes scilicet trahēdi ad se ve
nenū ⁊ post expellēdi illud qa talem virtutem
habet tiriaca qualē caro vipere idest tiri sed ca
ro viꝑe extra pellit venenū si sumaē hoc appa
ret qa v̄tus eius erit mouere suꝑfluitates hu-
moꝝ ⁊ humores venenosos ad extra cuiuslibz
alterius aīalis qua de re a ꝓꝑetate mūdat leꝓ
sos vt Arnaldus in speculo ꝙ ꝓbaē ꝑ Galie-
nū. v. de simplici medicina ⁊. v. colliget qa ge
nerat pediculos ⁊ excoriat cutim ergo si caro
vipere trahit venenū ad se ꝑ sil'itudinez scilicet
ꝑ formā specificam ergo tiriaca habebit talem
v̄tutē trahēdi ⁊ post expellēdi venenū Ad elu
cidatiōez q̄ dicta sunt dicit gētilis ꝙ tiriaca nō
habet virtutē vl' ꝓꝑetatem trahēdi ad se vene
nū sed expellēdi a se ita ꝙ si intus exhibeatur
siue ad extra supponatur sua virtute venenum
extra corpus exiet ⁊ expelleē ⁊ quādo dicitur
ꝙ caro vipere trahit venenū ꝑ similitudinē di
ciē ꝙ ibi sumiē traxio in ꝓprie quia trahit extra
corpus idest ꝙ caro vipere vel tiriace facient
venenum extra corpus exire causa est qr tiria-
ca dat calori naturali ꝓprietatem expellēdi ex
tra corpus venenū Ad hanc expulsionē adiu-
uat proprietas tiriace ⁊ tunc calor cōfortatus
naturalis simul cū ꝓprietate tiriace expellūt ve
nenū extra corpus scilicet ꝑ vias cōuenientes
vt vomitu fluxu ventris vrina vl' sudore ⁊ hoc
secundū diuersitatē hominū in aptitudine haꝝ
partiū ad recipiēdas materias venenosas quo
modo tiriaca approximata loco morsus anima
lium venenosorum expellit ad extra venenum
dicitur ꝙ tiriaca approximata loco morsus vir
tus eius per vapores penetrat intus vsq̄ ad
cor ⁊ confortat calorem innatum quo confor-
tato simul cum proprietate tiriace corrumpunt
venenū ⁊ extra expellunt ꝑ insensibilē resoluti
onē vl' sensibilē ⁊ sic tiriaca non habet virtutē
attractiuā ad se sed expulsiuā veneni ⁊ cū hijs
dictꝭ poteris soluere instācias superius factas
⁊ sic modus soluendi potest probari ⁊ verifica
tur ꝑ exemplum ⁊ per experientiam quam dat
Johannes de sancto Amando supra andidota

rium Nicolai: ⁊ cōfirmat Arnaldus de villa-nova in suo speculo dicētes accipiatis caseum recentem ⁊ ponatur in extremitate vna herba toxica vt est napellus ⁊ per hoc caseus deni-gratur aut citrinatur ex alia parte ponatur tiri-aca: tiriaca aūt fugat illud venenū ⁊ facit deal-bare caseū ⁊ recedit illa nigredo in parte in qua erat. deinde caseus remanet cōmestibilis cū ta-men antea fuisset ꝑniciosus ob toxico propter hoc aromatarij faciunt experiētiā de tiriaca nā si fugiat venenum positū in caseo ⁊ caseus de-nigratus efficiatur albus tiriaca bona est si non tiriaca mala est ergo tiriaca expellit venenum a se hoc etiam confirmat Arnaldus in tractatu de dosi medicinarum tiriacalium vbi inquit ꝙ tiriaca sumpta intus pellit a se venenum ad op-positam partem ⁊ propter istam experientiam de caseo ⁊ rationibus superius ad hoc factis iste modus dicēdi videtur ꝙ sit magis propin-quus ⁊ cōsonus veritati quam alij dicēdi mo-di doctorum quos causa breuitatis dimitta-mus eorum fantasticas opiniones Restat autē ad completam doctrinam huius capituli dice-re de hora administrādi tiriacam ⁊ dicamus ꝙ si possibile est detur per sex horas post cibū ⁊ per totidem horas non commedat Auenzoar vero concedit septem horas ⁊ plus sed in tiria-ca necessitas non habet horam vt dicit Auen-zoar p̄mo thesir Auerrois autem concedit no-uem ⁊ totum hoc est secundum medietatem tē-poris totalis digestionis que est sexdecim ho-rarum ⁊ quantitas quidem equalis remanen-tie cibi in stomacho ⁊ egressionis eius est illud ꝙ est inter duodecim horas vsq; ad .xxij vt dicit Auicenna .tredecimo .iij trac. tercio ca-pitulo .octauo sed gentilis exponit hunc tex-tum aliter quam consiliator ⁊ contra consiliato-rē dicit ꝙ mora cibi in stomacho ⁊ eius egressi-onis sunt decem hore nam cibus qui comedit̄ in duodecima erit mora ⁊ egressio eius vsq; ad vicesimam secundam horam que sunt decē hore ⁊ per consequens totalis digestio non fit in sexdecim horis que erat opinio cōsiliatoris alias rationes facit gentilis contra eum tu per legas gentilem super istum textum Auicenne ea ꝓpter de hijs sermones ꝓlongare nō curo Verū tamē nō est inconueniens ꝙ in aliquo homine dū est sanus remaneat cibus in stoma-cho eius quandoq; ꝓpe quindecim vl' duode-cim horas Sunt ⁊ enim multi debilissime di-gestionis in quibus videmus hoc fieri ⁊ hoc accidit secundum cibi diuersitatem in leuitate aut grauitate quantum ad digestionem Nam quando cibus est grauis ⁊ stomachus debilis cibus retinetur vel moratur vsq; ad cōplemen-tum digestionis quindecim horis vel ad min⁹ duodecim horis Ideoq; dixit Auicenna quā-doq; remanet in stomacho aliquit de cibo vsq; circiter quindecim horas in dispositiōe sanita-tis vel duodecim horas Propterea valde at-tendere debes in administracione Tiriace in qua hora danda sit propter complexionum sto-machi diuersitatem in virtute digestiōis Sed ratio Auenzoar vbi supra est quia nullum far-macosum debet misceri cibo generatur enim in-quietudo ⁊ dolor: tiriaca autem non solum far-macosum sed ⁊ in medio naturarum pascenti-um corporum ⁊ ledencium ea corpora vt scri-bit Galienus quinto simplicium farmacorum cōcludendū est igit̄ ꝙ qñq; tiriaca est necessa-ria in preseruatione a pestilentia quandoq; nō necessaria quid autem dicendum sit de metri-dato quia secundum Auicennam Serapionē ⁊ Auerroim iuuamentum facit in preseruatiōe a pestilentia sicut tiriaca ⁊ est additi iuuamenti ⁊ confidentioris vtilitatis sicut dictum est ab Auicenna sed hic non intendimus amplius de ipso protelare sermones quamuis secundū sen-tentiam doctorum sapientum facit suam opera-tionem a forma specifica etiamq; a virtute sim-plicium vtiq; tiriaca

Capitulum quadragesimumseptimū in quo fiet ostēsio de medicinis sim-plicib⁹ intra corpus humanū assūp-tis vel eisdem exterius applicatis a primis qualitatibus vel secūdis vl' a virtute ꝓprietaria in p̄seruatiōe ⁊ cu-ratiōe pestilētie cōferētib⁹ sicut de bo-lo armeno vl' terra sigillata ⁊ de alijs


Post elucidationē superioris capi-tuli qualiter ⁊ quomodo tiriaca ⁊ metridatum per formam speci-ficam a pestilētia preseruāt nūc specialius dicendum erit de me-

dicinis simplicibus a virtute proprietaria cor-
pori humano conferentibus in preseruatione
pestis Sed ad alleuiandum laborem studenti-
bus plurima ⁊ vtilia medicinalia simplicia tiri
acalia que per diuersos libros erant diffusa su
matim scribemus secundum intentionem Aui
cenne ⁊ aliorum doctorum. ⁊ primitus de bo
lo armeno Nam bolum armenum est de sim-
plicibus medicinis ⁊ maxime appropriatis a
pestilentia preseruans Propterea sapientes
antiqui bolum armenum in febribus pestilen-
tialibus cū vino finissimo albo subtili bene lim
pbato maxime cum aqua rosata bibitum lau
dauerunt Propter hoc Auicenna secundo
canone capitulo de luto armeno inquit bolum
armenum enim est frigidum in primo siccum
in secundo ⁊ confert febribus pestilentialibus
bibitum ⁊ linitum ⁊ prohibet ambulationem
putredinis membrorum ⁊ post innuit confert
febribus ethicis ⁊ pestilentialibus proprie Et
plures quidem iam sanati sunt a pestilētia mag
na propter consuetudinem bibendi ipsum cum
vino subtili ⁊ si bibatur in pestilentiali febre ne
cessarium est ⁊ permisceatur vinum illud cum
aqua rosata vt vinum perducat ipsum ad cor
etiamqꝫ Auicenna de viribus cordis inquit. la
pis armenus proprietatem habet confortandi
cor ⁊ ipsum letificandi separādo insuper vapo
rem melancolicum ac fumosum a spiritu ⁊ mū
dificando similiter corpus ab humore melan-
colico vt alKafa qui inquit si bibitur bolum ar
menum cum vino aqua rosata mixto si sit pesti
lentialis febris iuuat si autem non sit febris nō
sit mixtum aqua eo ꝙ aptius penetrat virtus
eius Et nota quare dixit linitum intellige ad
faciem ⁊ pulsus ⁊ ad loca emunctoria quia ꝑ
clausionem pororum factam ab bolo armeno
multiplicantur ⁊ augentur spiritus ⁊ eos con
fortat insanis ⁊ in egris vero si liniatur super
morbo a forma proprietaria quadam contrari
atur sibi morbo pestilentiali. ⁊ necessarium est
bibere bolum armenum cum vino subtili pͥmo
quia ipsum bolum armenum est grosse substan
tie Secundo quia transcurrere moratur ⁊ vi-
num immediacius perducit ad cor permixtum
⁊ Serapio loquēs in suo libro de simplicibus
medicinis sic ait ⁊ qui sumpserit potum boliar
menici in tempore pestilentiali preseruatur ab
ea. ⁊ iam visum est multos euadere in tempo-
re pestilentie per ipsum Et attende bene nam
si reperitur clausio viarum vt in corporibus
flecmaticis precipue si fleuma dissoluit̄ in pul-
mone tunc vsus boliarmenici non esset omni-
no tutus propter boliarmenici frigiditatem ⁊
stipticitatem est tamen conueniens in corpori
bus colericis ⁊ sanguineis habentibus poros
aptos Ideoqꝫ firmauerūt cōcordit̄ oms doc-
tores ꝙ bolū armenū cū vino bibitū ꝓseruat a
corruptiōe aeris pestilētial̄ ⁊ a pestilētia Secū
do dicēdū est de terra sigillata nā terra sigillata
mirabilē opatiōeꝫ facit cōtra om̄e venenū secū
dū doctrinā omniū auctoꝝ Precipue est tex-
tus in libello de virib⁹ cordis loquēs de terra
sigillata inqt ꝙ ipa tempate complexiōis est in
caliditate ⁊ frigiditate cōformis humane com
plexiōi nisi qa siccitas maior est hūiditate ipius
habetqꝫ humiditatē cū sua siccitate vehemēter
ꝑmixtā ꝓpterea insunt ei viscositas ⁊ cōforta-
tio ⁊ habet etiā ꝓꝓetatem mirabilē letificādi ⁊
cōfortādi cor cū tiriacitate manifesta ꝓpt̄ hoc
cūctis obuiat venenis ita ꝙ si bibat̄ ante vene
nū siue post naturā sustinet ⁊ cōfortat ad expel
lendū eū etiāqꝫ videt̄ ꝙ insit ei ꝓꝓetas illumi-
nādi ⁊ tempandi ⁊ repandi spiritū ideoqꝫ ꝓser
uat ab aere pestilētiali ⁊ pestilentia Post hec
duo simplitia q̄ cōtrariāt̄ venenis ꝑmaxime ca
lidis a q̄litate frigida ⁊ sicca ⁊ a ꝓꝓetate cōfor
tādo cor De alia aūt medicina simplici dicēdū
est scilicet de camphora. ipsa enim est cōfortās
⁊ letificās cor vt in tractatu de viribus cordis
inquit Auicenna Camphora frigida est ⁊ sic-
ca in tercio ⁊ v̄tus eius est saluare substantiam
spirit⁹ cū dominio sue frigiditat̄ quādo ei⁹ quā
titas moderat̄ ⁊ fortasse adunat ipsam substā-
tiā spūs absolute frigiditas in cōplexiōe calida
⁊ post inuit Aui. aromatticas autē ei⁹ adiuuat
absolute ꝓꝓetatē ipsi⁹ in omni cōplexiōe ⁊ tē
perat̄ frigiditas eius cū ambra ⁊ musco est etiā
tiriaca ⁊ ꝓprie contra venena calida ⁊ acqrit
ab ea spiritus subtilitatem ⁊ luminositatem ve
hementem ⁊ propter hoc letificat ⁊ confor-
tat cor Auerrois vero quinto colliget inquit
Camphora frigida ⁊ sicca in iij ⁊ est subtil' sub
stātie ⁊ resistit putrifactiōi est ergo in ꝓseruatio

ne febris pestilentialis ⁊ eius curatione valde
iuuatiua De alijs vero medicinis simplicibus
operantibus a qualitate frigida ⁊ a proprieta-
te cor confortantibus sunt coriandrum coral-
lus sandali rose folia mirte nenufar ribes aceto-
sa ⁊ eius semen ⁊ succus eius ⁊ succus aceto-
sitatis citri ⁊ endiuia siluestris granata acetosa
spodium poma acetosa odorifera Omnes iste
medicine letificantes ⁊ cōfortantes ipsum cor
dicuntur vt inquit Auicenna in libello de viri-
bus cordis Alij autem auctores in suis codici
bus simplicium medicinarum scribunt ⁊ ipsas
tiriacales nominat Auicenna vbi supra tracta-
tu secundo capitulo secundo cum inquit Om-
nes quidem medicine letificantes cor ⁊ confor
tantes ipsum sunt tiriacales ⁊ de eis cum secu-
ritate vti poterimus scilicet electuarijs epitimati
bus saculis siropis ⁊ iuleb precipue componē
do sirupum de succo ribes vel acetose etiamq̄
de succo acetositatis citri ⁊ de agresta ⁊ de du
obus granatis scilicet acetosis ⁊ dulcibus ac
de endiuia siluestri Similiterq̄ de succo pomo
rum dulcium ⁊ acetosorū ⁊ potest fieri de eis
omnibus siropus ⁊ iuleb de eorum aquis aro
matisatum cū gariofolis ⁊ cinamomo De me-
dicinis simplicibus a caliditate ⁊ earum virtu-
te cor confortantibus plura earum enarare vo
lumus sūt autē hec muscus ambra lignū aloes
cortices citri ⁊ grana citri sericum mellissa cro
cus ⁊ radix tormentille ⁊ diptami ambre gris-
sie deronitū been albū ⁊ rubeū Sed equalitati
proxime sūt iacinctus aurū ⁊ argētū ⁊ buglosa
vt inqt Auicenna .xi. tertij capitu. vij. de medi-
cinis cordialibus Aliqui autem addunt rasu
ram eboris cornu cerui vstū ossa de corde cer
ui De aliq̄bus vera medicinarum simpliciū pro
prietatibus iuuamentis ⁊ vtilitatibus in p̄serua
tione a pestilentia ⁊ eius curatione inferius ali
quit dicemus Scribere autem proprietates om
nium medicinarum simplicium esset superfluū
⁊ elongare sermones quia iam in libris docto
rum scripta reperiūtur ⁊ sunt quasi verba Aui
cenne scripta .xi. tercij. capitulo tercio vbi inqt
Ego quidem non multiplico tibi sermonem in
numerando medicinas cordiales calidas ⁊ fri
gidas tu autem inuenies omnes scriptas in ta
bulis antiquorū Sed vlterius attensione dig-
num est ꝙ simplex medicina tiriacalis liberans
a veneno est illa que cōplexionem spiritus ab
impressione veneni reducit ad naturalitatē ⁊
ab ipso preseruat eam cum sua proprietate vt
Auicenna in libello de viribus cordis: verum-
tamen sunt alique medicine que letificant cor
⁊ hoc quidem faciunt quia nutriendo restau-
rant spiritum sicut vinum propter hoc dixit Me
sue capitulo de febribus pestilētialibus: de maxi
me conferentibus pestilentie a complexione est
vinum vinosum antiqum cū os ⁊ nares ⁊ ma
nus ⁊ facies ⁊ emunctoria ⁊ testiculi ⁊ virga
lauantur ⁊ aliquid sorbet ex eo purificat enim
animam ⁊ spiritus confortat aut prebent spiri-
tibus splendorē ⁊ lumen sicut margarita ⁊ se-
ricum cum potentia abstergendi quam habent
congregando: ⁊ prohibendo celerem dissoluti
onē spiritus ipsius sicut emblici ⁊ Karabe aut
temperando complexiones siue cum caliditate
siue cum frigiditate vt cum camphora ⁊ aqua
rosata aut auferendo per delectabilē complex
ionem ipsius sicut suauia aromatica: aut seques
trando melancolicum ⁊ turbidum humorē ab
eis sicut buglossa hac de causa dicit Auicenna
.xi. iij. trac. ij. capi. iiij. de cura tremoris cordis
calidi super buglossam vero sis audax ⁊ non ti
meas maliciam eius ⁊ vtere ea cū omni ꝙ in
potu tribuis ⁊ in cibo das ⁊ enī iā cucurrit cō
suetudo vt in potu tribuatur ⁊ similiter aque eius
distillate Auicenna vero de viribus cordis scribit
de ea lingua bouis calida est ⁊ humida in pri-
mo cuius proprietas est letificare mundificat
nāq̄ substanciā cordis similiterq̄ alique sunt
medicine letificantes cor propter proprietatē
innatam sicut iacinctus vt inquit Auicenna de
viribus cordis verumtamen lapis bezear inter
pretatur a sapientibus ꝙ est valens a tota pro
prietate contra omne venenum sed bezear mul
tiplices dicuntur secundum ꝙ sapientes dant
diuersa signa in cognitione ipsius bezear nam
Aui. in suis sinonimis inqt bezear idest lapis vi
ridis i quo tāta vis existit vt omne venenū ad
se expellat sicut smaragdus cui cōcordat Auē-
zoar in suo thesir. ca. prohemiali sed Auer. v. col
liget inqt lapis bezear est manifesti iuuamēti oi
bus speciebus venenorum ⁊ proprie valet morsui scor-
pioīs: sed aggregator dixit bezear iterpretatur libe

rans a morte ⁊ ipse nititur dicere lapidē bezear esse stopacium propter id ꝙ valet cōtra omne venenum vt ibidē dicit capitulo proprio ⁊ hic lapis bezear est mirabilis efficatie cōtra omne venenum immo plus valet q̄ȝ tiriaca quia ipsa tiriaca venenum propellit ante se vt dictum est superius in.ca. de tiriaca auctoritate Arnaldi de villanoua in suo speculo Hic autē lapis venenū ad se attrahit ⁊ post propellit āte se diuersimode siue exhibeatur ad intra siue ad extra applicetur namsi ad extra applicatur supra locū venenosum vt in morsu serpentis vel punctura scorpionis vel super carbunculi locū liniēdo vel fricando attrahit ipsum venenum ad se ipsum ⁊ postea resoluit ⁊ in sudorem conuertit ab intra vero si stopacius teneatur in ore valet mirabilit̄ cōtra venenū etiāqȝ ab aere pestilētiali ⁊ corrupto ⁊ pestilētiali ꝑseruādū ⁊ ꝑmaxime si fiat ex eo puluis subtilissim⁹ lauato cū vino odorifero accipiatur sed Albertus magnus in libro de mineralibus dixit de carbunculo ⁊ rubino ꝙ potest dici bezear propter id scribit de ipsis vbi inquit nam qui portauerit in digito suo vel digitis carbunculū seu rubinum vnum vel plures hic lapis solus mirabiliores virtutes omniūqȝ aliorum lapidum habere dicitur Tamen eius preciosus effectus est venenosū aerem ⁊ vaporosum fugare ⁊ hic lapis ad alios se habet sicut aurū ad alia metalla Similit̄ qȝ saphirus in ꝯseruatione ⁊ curatione pestis laudatur ab ipso Alberto vbi supra quoniā saphirus antracos fugat ⁊ interiorem ardorē refrigerat ⁊ lingue ardorem doloremqȝ frontis curat ⁊ hominem castum efficit Alij dicūt cornu serpentis ab omni veneno preseruat Ideo potest dici bezear nam ex presentia napelli ⁊ tiri ⁊ fellis leopardi ipse lapis sudat Est etiam alter lapis nomine praxius qui est mater ⁊ palacium smaragdi quia in ipso smaragdus inuenitur ⁊ talis est viridis viriditatē habens spissam sicut praxiū aliquando cū guttis rubeis aliquando cum albis ⁊ est experientia expertum ꝙ hic lapis ꝑseruat a venenis Ideoqȝ potest dici bezear Nam si ipse lapis sit in mēsa in qua ponitur venenum viridem colorē statim amittit ⁊ ablato veneno ad viriditatem reddit ⁊ valet contra prelia vnde Alexander macedo in prelijs semper super eum portabat etiāqȝ de smaragdo dicunt sapientes ꝙ est optinum remedium in preseruatione ⁊ curatione pestilentie ⁊ est de ipso experimentum inuentum ⁊ cōprobatum:nam cum buso lapidem ipsum intuetur oculi eius trepidant ⁊ si teneatur in mensa venena debilitat ⁊ si in ore teneatur veneni virtutem interficiendi perdit ⁊ si teratur subtiliter ⁊ dat̄ in potu post venenū a morte nos liberat Alii autem dicunt bezear esse iacinctum propter admirabilem suam proprietatem tiriacalem quam habet:quoniam ipsum tenere in ore valde hominum spiritus letificat vt Auicenna in libello de viribus cordis de ipsa scribit Iacinctus temperata esse videtur inest autem ei proprietas letificandi ⁊ confortandi cor ⁊ fortiter obuiandi veneno: ⁊ hec quidem proprietas est virtus non suis attributa cōponentibus sed manat ab ea eo modo quo diximus de magnete ⁊ innuit post:illud autem in quo testificantur antiqui iacinctū letificare scilicet ferre ipsam ⁊ proprie in ore quoniam ad letificationem alteratione nō indiget in substantia sua vel in accidentib⁹ inherētibus ei ⁊ abdaramē abensuefit auctoritate Aristotelis dicit quodlibet genus iacinctorꝫ suspensum collo vel portatum digito si intrauerit regionem pestiferam non ledetur ab ea sed potius mentibus hominum reddetur amabilis ⁊ eorum petitiones a maioribus cōplebunt̄ ⁊ dixerunt veteres ꝙ pondus .xx. granorū ordei portati collo seu in digito non videbit portator terribilia somnia sed sospes decumbet Constantinus vero dixit ꝙ iacincti qui granati dicuntur in collo vel in manu portati vel in aliquo corporis membro secum duxerit ⁊ intrauerit ad aliquā regionem pestilentialem non ledetur ab ea ⁊ si ingrediatur regionē vel prouinciam aliquam vbi cadant fulgura sit tutus ab eis quoniam supra iacinctum non cadunt fulgura Similiter Arnaldus de villa noua prima parte speculi capitulo de complexionato dicit ꝙ iacinctus coprus cōfortat ⁊ spiritus conseruat etiam si teneatur in ore Etiamqȝ omnes sapientes de iacincto omnia hec confirmant ⁊ creditur a me ꝙ carbunculus sit iacinctus ꝓpt̄ id ꝙ dicit̄ in libro fiducie de simplicib⁹ medicinis in.ca. ꝓpo de carbūculo vbi inq̄t

Carbunculus vel Jacot habet tres species sci
licet rubeus ⁊ croceus ⁊ lividus rubeus vero
est melioꝛ omnibus. ⁊ est lapis qui si supponat̃
in igne coleratur ⁊ pulcrioꝛ efficitur sed croce
us vero debilior est in igne: lividus vero non
sustinet ignem aliquo modo Aristoteles autem
dixit ꝙ cõplexio istoꝝ trium specieꝝ est calida
⁊ sicca Item dixit quidã ex medicis ꝙ rubeus
ap ꝓpinquat magis calori ⁊ lividus frigiditati
croceus enim est in temperamento ⁊ medius
existit inter ambos Item Aristoteles dixit ꝙ
si quis aliquem istoꝝ trium in annulo secũ de-
tulerit nõ ledetur ab infeccione moꝛtalitatis ⁊
iste doctoꝛ cõcoꝛdat cum Alberto magno in li
bꝛo de mineralibus vt supꝛa dictum est de car
bunculo sed de rubino ꝙ habeat talem ꝓprie-
tatem nõ legi nec in vsu est poꝛtare rubinum
causa ꝑseruationis pestis sed dicitur ꝙ carbun
culus coloꝛis rubei est melioꝛ quã croceus q
est coloꝛis stopacij igitur credẽdum est ꝙ car
bunculus coloꝛis rubei est iacinctus ⁊ est meli
oꝛ Jacincto coloris stopacij Sed ego Petrꝰ
pinctoꝛ ipsam iacinctum expertus sum pꝛeser-
uare a pestilentia ꝓpter illud ꝙ mihi contigit
Nam cum iuissem ad visitandum quendã no-
bilem dominã nomine dona Eufresina de mun
cuda ad villam suã de villamarchant extra ci-
uitatem valentinam per quatuoꝛ leucas ⁊ re-
pꝛri eam afflictam febꝛe pestilẽtiali ⁊ ego in di
gito manus sinistre poꝛtabam annulum auri in
quo erat impꝛessus vel inpositus iacinctus co
loꝛis lapidis rubini ⁊ exivi a camera dicte do-
mine pre timoꝛe contagij a pestilentia: nobilis
maritus suus vocauit me vt iremus ad audien
dam missam in capella illius castri ⁊ postq̃ȝ sa-
cerdos coꝛpus xpi sumpsit ego extans geni-
bus flexis volens surgere aduenit mihi sudoꝛ
frigidus per totã faciem ⁊ totum coꝛpus ceci-
di pꝛostratus in tarra cum tremoꝛe membroꝛũ
⁊ sincopi quadam ⁊ statim de vino odorifero
mihi datum fuit ⁊ aliquantulũ refocilatus fui
durauit tremoꝛ coꝛdis per mediam hoꝛam trãs
acto illo tremoꝛe ⁊ sincopi surrexi ⁊ aspiciens
manꝰ meas ⁊ vngues digitoꝝ que aliquãtulũ
denigrate fuerãt Vidi iacinctũ per mediũ frac
tum sicuti cum capillo capitis incissum fuis-
set ⁊ admiratus de tali incissione iacincti quia
de mane videram iacinctum ipsam abluendo
manus sine aliqua incissione ⁊ lesione Et in ve
ritate cogitaui ab aere coꝛrupto pestilentiali il-
la incissio in iacincto facta fuisse ex tunc in max
ima deuocione iacinctum habui ⁊ toto meo in
genio pꝛoposui scrutinium bone calculationis
⁊ graduacionis facere ⁊ componere puluerẽ
⁊ confectinoem de iacincto cum permixtione
tiriacalium medicinaꝝ simplicium coꝛdialium
cum iacinctis que pꝛopꝛietatem haberent pre
seruandi ab aere pestilentiali pꝛecipue a febꝛe
pestilentiali curare ⁊ certam vidimus experien
tiam ipsam confectionem mirabilem operatio-
nẽ facere in curatione febꝛis pestilentialis post
eius confectionis debitam fermentationem eti
amq̃ȝ ex eius puluere mirabile iuuamentum se-
quitur in curatione febꝛis pestilentialis Et quã
q̃ȝ in quinto canone Auicenne confectio de ia
cincto reperiatur non tamen est similium medi
cinarum simplicium immo alie sunt species coꝛ
diales differentes ab ipsa oꝛdinationis confec-
tione per me facta ⁊ graduata Uerumtamen
ista confectio tendit ad primum gradus frigidi
tatis ⁊ ad secundum siccitatis ⁊ est cõferens
in omni tempoꝛe febꝛis ⁊ per maxime in pꝛin
cipio ⁊ in omni anni tẽpoꝛe ⁊ administrari de
bet stomacho vacuo ⁊ ieiuno ad minus per
quinq̃ȝ hoꝛas sed in casu necessitatis in quacũ
q̃ȝ hoꝛa ⁊ quasi similem consideratiõẽ habe-
re debes in administracione pulueris nisi quia
maioꝛ dosis exibere debes de confectione quã
de puluere videlicet de cõfeccione dari potest
dragma vna vel due cũ aquis coꝛdialibus sci-
licet buglosse vel acetose vel mellisse cum par
uissima quantitate vini albi odoriferi dosis au
tem pulueris est a. ℈.i.ȝ.ß. vel vsq̃ȝ ad.ȝ.i. ⁊
hoc secundum exigentiam necessitatis etiamq̃ȝ
secundum etatem ⁊ conplexiõẽ cuiuslibet in-
diuidui ⁊ secundum tempora anni cum dictis
aquis nunc dictis. omnia hec sapientissimo me
dico operanti relinquantur Cuius recepta vel
oꝛdinatio est talis



℞. Jacinctoꝝ orientalium ʒ. i. ꝛ. ℈.
lapidibus rubinoꝝ similium
Smaragdoꝝ
Safiroꝝ
Stopacioꝝ ana. ℈. ij.
Rubinoꝝ
Margaritaꝝ pforataꝝ ana. ℈. ij. ꝛ. ℈
Margaritaꝝ non pforataꝝ
Coralloꝝ rubeoꝝ
Coralloꝝ alboꝝ
Spodi ana. ʒ. ℈.
Rasure eboris
Ligni aloes crudi
Ossium de corde ceruí numero. x.
Serici crudi minutim in-
cisi subtilit' puluerisati
Cornu ceruí vsti in
aqua rosata Instincti
Seminis portulace ana. ℈. i.
Seminis acetoſ
Coriandri preperati
Omnium sandalloꝝ ana. ʒ. i.
Been albi
Been rubij
Radicis diptami
Radicis tormentille ana. ʒ. i. ꝛ. ℈. ij.
Terre segillate
Boliarmenici
Roſ
Seminis citri mundi ʒ. i. ꝛ. ℈. i.
Camphore ℈. i. ꝛ grana. vi.
Croci grana. xv.
Pannoꝝ auri purissimi numero .xxx.
Ambre ana grana. viij
musti

Ex hijs fiat puluis subtilissimus ꝛ de ipso puluere cum siropo limonū vel siropo acetositat᷑ citri fiat confeccio cordialis

me est maximum ⁊ post innuit dicens ⁊ ꝓpter
hoc eleuant̃ ex eis vapores mali ad cerebrum
⁊ nocẽt ei ⁊ post addit ⁊ quãdoqꝫ generat̃ ꝓp
ter vermes ⁊ serpentes epilẽtia ⁊ colica ⁊ quã
doqꝫ generat̃ fames canina ꝓpterea qꝛ vehe-
ment̃ rapiunt cibum ⁊ quãdoqꝫ bolimus ⁊ tre
mor cordis maximus Plurimum generãt̃ in
etate infancie ⁊ pubertatis ⁊ in fine adolescen
tie Et ascarides secundũ plurimũ generat̃ in
eis qui separant̃ ab etate infancie: sed rotundo
rum plurimũ est in infantibus deinde in adoles-
centibus ⁊ minorat̃ in senibus Et si omniũ su-
perius dictoꝝ intelligẽciã habuisti causas scire
poteris ⁊ hec de causis generatiõis vermium
sufficiant Veruntamen signa vermium demon
stratiua omnium speceirũ cõia absolute Etiã
qꝫ cuiuslibet speciei determinate clarificare nõ
in tendimus qꝛ extra nostrã cõsideratione ⁊ ꝓ
positum est: sed solum nostra intentio vertitur
vel cõsistit in quadam ꝓuisione futuroꝝ vermi
um generatione ⁊ enim in iam genitis cum me
dicinis eos interficientibus eosqꝫ ad extra cor
pus extrahentibus: primum quidẽ cõplet̃ ad
fleumatum generationẽ ⁊ materieꝝ ingestaꝝ
seu corruptaꝝ ꝓhibitiõe ⁊ secũdũ hoc necessa
rium erit vti hijs qbus cõtradictio fit in dictis
materiebus in sex rebus nõ naturalibꝰ Et pmo
in aere eum declinando ad calidum parum ⁊
siccum ⁊ vitent tristiciã timorem ocium quietẽ
nimiã ⁊ ꝓlixum somnium Sed cibus qdem q
necessarius est eis oportet vt sit calidus ⁊ sic-
cus ⁊ nõ sit in eo viscositas sed abstersio qꝛ ta
lia valent ad remocionẽ cause ⁊ ꝓseruãt a pu-
trifactiõe ꝓpt̃ siccitatẽ Ideoqꝫ oportet vti pa-
ne bene fermẽtato ⁊ aliquãtulũ biscocto ⁊ car
nibus elixis ⁊ assatis cum aceto forti vel succo
agreste vel arangie siue limonũ atqꝫ alioꝝ suc-
coꝝ moderatoꝝ in acetositate vt cũ succo gra

natoꝝ acetosoꝝ ⁊ cibarijs salitis ⁊ rafano ⁊ si
napi ⁊ abstineãt ab omni cibo grosso ⁊ lacte ⁊
ab omni cibo tarde digestionis: ꝓpterea opor
tet ꝙ sit facilis digestionis ⁊ boni chimi ⁊ plu-
rimi nutrimenti: verũtamen nõ in omni vermi
um ꝓseruatione debent cibaria declinare ad ca
liditatẽ ⁊ siccitatem nisi in habentibus debilita
tem virtutis vel in habentibus fluxum ventris
permaxime cum febre Causam ⁊ rationem de
hijs dedit intelligere Auicenna sexdecimo fen
tercij capitulo de vermibuꝰ cũ inquit Et quan
do sunt fluxus ventris ⁊ caliditas cibamus cũ
sorbicionbuis acetosis cum sumach factis ⁊c̃.
eapropter indocti medici volentes occurrere
cum tontrarietate ad materiam fleumaticã in
dietando cum cibis calidis ⁊ siccis non atten-
dentes ad virtutem ⁊ ad alia accidentia vtiqꝫ
ad fluxum ventris ⁊ febrem producunt egros
ad perdicionem Verumtamen omnia hec iam
fuer unt superius elucidata in capitulis regimi
nis preseruatiui a pestilentia Et si tu dicto re-
gimine superius scripto vsus fueris Vermes
nec lumbrici nec aliqua species eorum in cor-
pore generabuntur Amplius attendendum est
de ordine ⁊ hora exhibẽdi cibos in habentibus
vermes genitos ⁊ viuos vt Auicenna vbi sup̃
⁊ est sententia Serapionis Idcirco ad doctri-
nam textus eorum remittatur ⁊ propt̃ hoc ali
quid dicendũ est nam ordo ⁊ hora est ꝙ ipsi in
firmi non egeant cibo nec esuriant ne vermes
mordicent stomachum ⁊ fortasse faciant cade-
re virtutem appetiuam vermibus mordicanti-
bus immo oportet vt cibentur ante motum eo
rum sed diuidatur cibus ⁊ detur modicum pro
vice, vt possit digeri in tempore conuenienti: ⁊
nisi cibatio facta fuerit accidet punccio in intes
tino ieiuno ⁊ macies in corpore cum virtutis
debilitate Jam istis declaratis veniendum est
ad curam per medicinalia secundum doctrinã
Auicenne ⁊ Sirapionis capitulo proprio Ne
cessarium igitur est qui paciuntur vermes ãte
medicinarum applicationem cibentur cibo sub
tili calido ⁊ sicco in quo sit qualitas interfici-
ens omnem speciem vermium ⁊ eos expellen
tes per cristeria emplastra ⁊ suppositoria que
ipsos ad extra corpus exire faciãt Postquam
vero sunt mortui vel quasi mortui medici non

esse debent in emissione vermium negligentes
quia ipsis corrodētibus ⁊ morsum in stomaco
⁊ intestinis faciētibus si ex hoc infirmi spasmū
paciunt̃ moriuntur vt dixit Rasis in toto cōti-
nente Idcirco ad interficiendū ⁊ extrahendū
ipsos vermes necessarium est ipsos famelicos
facere extrahendo cibū ꝑ aliquod tp̄us Dein
de āte medicinas necātes ipos vermes sumāt
dulcia ⁊ vnctuosa vna die vel duabus post ex
bibeant̃ medicine interficientes sole vel ꝑmix-
te cū vnctuosis ⁊ dulcibus vt cū lacte ⁊ melle
hec regula obseruari debet nō tātū in ebibitis
medicinis per supius vt per os assumptis sed
etiā in cristerijs ⁊ suppositorijs Vermes aūt
diligentes illa dulcia ⁊ vnctuosa accipere. post
medicamen venenosum illud cito assumunt ⁊
vermes moriūt̃ Cum autē necare intēdimus
vermes ascarides vel cucurbitinos seu par-
uos prius administra cristeria cū brodio pigui
solo vel cū lacte capno cum zuccaro vel cum
melle vt vermes descēdant ad inferiora ad bi-
bendū res dulces postea admistrāda sunt cris-
teria interficienda ⁊ educētia eos Similiterq̧
maxime cōferunt ad mortificandū vermes me
dicine applicate exterius vtiq̧ supra vmbilicū
⁊ paꝝ supra eū ⁊ inferius eo ⁊ ꝗuis Auicēna
dicat ꝙ emplastra vel vnguēta debent poni su
pra stomacū non intelligendū est ꝙ supra totū
stomacū sed supra orifitia stomaci qa orificiū
stomaci est membrū valde sensibile ⁊ ratione
acuitatis ⁊ malicie medicinaꝝ interficiēdi ver
mes ⁊ maximū nocumentū sequeretur in orifi
cio stomaci imo semper debemus eū cōfortare
cū medicinis ad hoc cōferētibus ⁊ iuuātibus
ad appetitū Ideoq̧ oportet medicū esse pru-
dentem in applicatione medicinaꝝ interficien-
tium vermes nā multociens cū vermibus est
calor ⁊ febris ⁊ tūc administrāde sunt medici-
ne ad frigiditatem declinātes si autem nec ca-
lor nec febris sit dande ⁊ ponende sunt medici
ne tēꝑate calide ⁊ hoc secūdum etatem ⁊ dis-
positiōem complexiōis ⁊ temporis Verumta
men omnes medicine contra vermes aut sunt
simplices aut composite Simplices vero sunt
plures sed de magis expertis scribā ⁊. ꝑmo de
acetosis quoniā omnia acetosa valent ad ꝓhi
bitiōem vermiū generationem ⁊ ad interficien
dum eos sicuti acetum forte quia potus aceti
valet in omni specie vermiū ieiuno stomaco ac
ceptum vt scribit Auicena vbi supra etiāq̧ ad
hoc sunt iuuātes succus acetositatis citri ⁊ li-
monū in parua quātitate ⁊ succus de agresta
⁊ granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ arāgiaꝝ ⁊ similiū De
medicinis vero amaris ⁊ calidis est succus ab
sincij ⁊ succus folioꝝ ꝑsicoꝝ ⁊ aloes cicotrini
puluerisati ꝑ os exhibitus vel sub forma pillu
laꝝ vel ab extra applicatus vmbilico ꝓpt̃ hoc
dicit Auicenna melius quo educūtur vermes
fluxu ventris post mortificationem est aloes ⁊
semen alexandrini ꝑ noctem infusum in aceto
puluerisat⁹ a ꝓprietate occidit vermes etiāq̧
semē portulace ⁊ semen porri ⁊ nasturcij nigel
le ⁊ siliginis ⁊ alij dicunt felicis singularissime
⁊ ꝑcipue valet ad cucurbitinos vt dicit Rasis
secūdo cōtinentis ꝙ bibita in pōdere .iiij. aure
oꝝ q̄ dosis magna michi videtur sed tu minue
secundū tuā cōsideratiōem ⁊ estimationem cū
aqua mellis. certissime emittit vermes cucur
bitinos. confirmat hoc Auenzoar. ca. i. ꝙ alfa
ras idest filix ꝙ aqua decoctionis eius bibita
expellit vermes magnos ⁊ paruos Similiterq̧
aqua decoccionis graminis vel aqua eius dis-
tillata ⁊ aqua omniū istaꝝ medicinaꝝ simplici-
um ⁊ multe alie medicine simplices q̄ a forma
ꝓprietaria vermes interficiūt sicut sunt cornu
cerui vstū ⁊ diptamus. etiāq̧ omnia amara ⁊
acuta ⁊ lubricatiua vniuersaliter. vermibus cō
trariantur. sicut potare oleum multe quātitatis
interficit ⁊ expellit ipsos ad extra sicut ait Aui
cenna vbi supra ⁊ ꝓprie oleum onfancinū quo
niā interficit latos ⁊ sit ꝗtitas olei vncia vna ⁊
semis pro vna vice ieiuno stomacho sed debet
cōtinuari vt dicit azaranus Idcirco in cura as-
caridum oleum est valde iuuatiuum quoꝝ cu
ra est valde deficilis Cōfirmat hoc Auenzoar
cū inqt: medicina aliqua non extirpat eos nisi
cū frequentia administracionis ꝑ superius ⁊ ꝑ
exterius Posterius est dicendum de medici-
nis cōpositis ⁊ approbatis ꝑ doctores ⁊ ꝑ me
quas hic scribere volumus: primo scribemus
quādam cōpositionem cuiusdam pulueris cōfe
rentis ad mortificādum vermes ꝑcipue existē-
tes in itestinis superiorib⁹ ⁊ in medijs ⁊ est val
de singularis ⁊ apꝓbatissima que nūq̧ deficit

permaxime in delicatis hoībus ⁊ infantibus ⁊
in quocūq; tpe anni etiā q; valet in p̄seruatiōe
a pestilētia cū febre ⁊ sine febre cuius cōposi
tio est ista. ℞. seminis portulace seminis lac-
tuce. añ. ʒ. ij. seminis alexādrini. ʒ. iij. ⁊. ß. coralli
rubei cornu cerui vsti. añ. ʒ. iiij. diptami. ʒ. v. fiat
puluis subtilissimus p̄us semine alexādrino in-
fuso in aceto forti p noctem. dosis aūt eius est
a dragma semis vsq; ad vnā distempata cum
aqua portulace ⁊ aqua gramis si febris est vel
cū aqua absintij vel cū aqua siliginis si non est
febris Est enim alia medicina cōposita interfi-
ciens vermes ⁊ est ista. ℞. aloes cicotrini subti
liter puluerisati cū melle rosato colato fiāt pil-
lule Sunt ⁊ etiā mirabiles pillule de puluere
yerepigre Galie. simplices Sed meliores ad
interficiendū vermes sunt pillule Rasis cōtra
pestē quia nō solū p̄seruant corpus vt vermes
nō generētur sed etiā ip̄os necāt ⁊ exterius ex
trabunt ⁊ precipue valent ad p̄seruationem a
pestilētia vt dictū est Alia aūt medicina cōposi
cōtra vermes conferēs in tpe hiemali ⁊ in cor
pore flecmatico nō autem in tpe calido nec in
hoīe colerico. minusq; valet in febricitantibus
⁊ est sirupus valde p̄hibens oīū specierū ver-
miū generationem cuius recepta est talis. ℞.
succi radicis enule succi mādrasti succi absintij
depuratorū. añ. vncias. iiij. succi cicoree ⁊ gra-
minis. añ. vncias. v. in dict̄ succis coquāt̄ cor
nu cerui vsti sumach seminis portulace. añ. vn
cias. iij. facta decoccione vt decet cū zuccaro
vl' melle fiat sirupus clarificatus ⁊ coct⁹ vt de
cet Verūtamen in tpe calido complexione ca
lida p̄cipue cū febre est cōueniēs ⁊ valde iuua
tiuus iste sirupus inferius scriptus ad p̄hiben
dum vermium generationē ⁊ si sunt geniti ad
eorū destructionem cuius talis est compositio
℞. succi acetositatis citri succi acetose succi de
agresta succi limonū citrinorū succi portulace
⁊ cicoree ip̄is succis depuratis decoquātur ⁊
in decocciōe ponat̄ iste puluis semis portulace
seminis alexādrini seminis lactuce. añ. ʒ. i. dip-
tami. ʒ ß. cornu cerui vsti. ʒ. iij. zuccari albi quan
tū sufficit fiat sirupus ⁊ erit cordialis ⁊ contra
febrem ⁊ cōtra vermes p maxime in iuuenib⁹
colericis febricitantibus Sed ad vermiū lūbri-
corū mortificatōz sūt sirup⁹ de absincio sirupus
de prasio sirupus de calamēto cū aquis appro
priatis vt rutbe mente ⁊ similiū ⁊ valēt in cor-
pe senili fleumatico: in colerico valet sirupus
acetos⁹ cū aq̄s cicoree ⁊ portulace sed pmaxie
iuuācia sunt tiriaca ap p̄bata ⁊ metridatū cum
aqua portulace ⁊ absincij Similit̄ q; de iuuan
tibus ⁊ cōferentibus ad extra corpus est istud
emplastrum vel cataplasma positum circumcir
ca vmbilicum ⁊ confert habentibus febrem lē
tam cum dolore stomaci ⁊ vmbilici cuius or
dinatio hec est. ℞. succi portulace succi mer-
curialis quartū vnum ⁊ semis succi foliorū p-
sicorū succi absintij. añ. quartū vnum aceti for-
tissimi vncias. ij. farine ordei ceruite quātū suf-
ficit fiant emplastra vel cataplasma mediocriter
liquida Est aliud emplastrum valde iuuans
ad mortificandum vermes ⁊ ad interficiendū
ipsos ⁊ est compositio ista. ℞. fellis vaccini vn
ciam vnam seminis alexandrini aloes pulueri-
sati colognitide puluerisate. añ. ʒ. i. farine luppi-
norū amarorum quātū sufficit fiat emplastrum
super vmbilicum parum supra ⁊ subtus ista em
plastra sunt ordinata per Geraldum de solo ⁊
per me pluries experta Aliqui doctores com-
posuerunt vnum vnguentum vermium morti-
ficatiuum sed ego illud non sum expertus sed
in veritate secundum ingredientia medicinalia
simplicia omnia sūt inficentia vermes cuiuscū
q; speciei sint cui⁹ discriptio est talis. ℞. tiriace
magne approbate fermentate vnciā vnā aloes
mirre croci. añ. ℈. i. lumbricorū terrestium con
tritorum. ʒ. i. coriandrorum preparatorū. ʒ. iiij
fellis tauri. ʒ. ij. aceti fortissimi quantum sufficit
incorporentur ad lentum ignem ⁊ post extēde
sicut cerotum ad formam scuti ponatur supra
ventrem Si vero vermes minuti in longaone
scilicet in vltimo intestino fuerint generati ex
q̄bus puritus in ano sentitur ex acutis ⁊ ama-
ris poteris facere suppositoria vel cristeria vti-
q; suppositorium factum de carnibus salitis vt
Viaticus dicit ⁊ est in causa incitandi virtutē
expulsiuam ani ⁊ expellit vermes minutos si
vero cum suppositorio non expelluntur pote-
ris administrare cristeria de lacte cū yerepigra
in quo coquantur semen allexandrinum ⁊ pul-
uis colognitide vel potest administrari tale cris-
rere admirabile q̄ occidit v̄mes cucurbitinos

⁊ minutos ⁊ ipsos extra corpus extrabit ⁊ est
ista cōpositio. ℞. abrotani betonice centauree
mioris mēdrasti absintij. añ manipulū. ß. semis
rute cimini assati semis apij. añ. ʒ. iij. semis alex
andrini. ʒ. ij. cantabri. p. i. olei granoꝝ persicoꝝ
amaroꝝ. añ. quartū. ß. salis communis. ʒ. ij. suc
ci folioꝝ persicoꝝ vncias. ij. ierepigre Galieni
vnciam. i. fiat cristere ⁊ potest addi fellis vacci
ni ꝗmaxime valet in extrabēdo vermes cucur
bitinos ⁊ ascarides sed tamen ꝑus administra
aliquod cristere de lacte sicut dictū est sed attē
das ꝙ non cōfert in acuta febre nec in pueris
nec in debilibus vt dixit Rasis in tractatu de
egritudinibus pueroꝝ inqens nō oportet nos
dare pueris medicinā cōtra passionem bāc ad
potādum neq ad cristerisandū ne in eis cause
tur tenasmon sed melius est vti cataplasmatibꝰ
vel vnguētis supius scriptis appositis sup̄ vm
bilicū ⁊ stomacū si necessarium fuerit Et licet
de generationis vermium preseruatione si ipsi
generati ⁊ viui in intestinis ⁊ stomaco steterit
de ipoꝝ interfectione ⁊ extractione a corpe cū
ꝓlongatione verboꝝ scripsimus ꝓpterea quia
in tpe pestis multiplicāt omnes species v̄miū
⁊ ex eis plurima accidētia terribilia in corpore
bumano sequntur oportet medicos iuuenes
cautos esse ⁊ in bijs solliciti sint in p̄seruatiōe
pestilētie atq in febris pestilencialis curatione
vt in vermibus maximā cōsideratiōez babeant
⁊ sic completa est doctrina regiminis p̄seruati
ui a pestilentia cum adiutorio diuine sapiencie

Capitulum quinquagesimum tercium in
quo declarationem faciemus per quem
ordinem ⁊ modū prudens ⁊ arte doctus
medicus febris pestilentialis curam exer-
cere debeat

POstq in superioribus capitulis
determinatum fuit de differen-
cia inter morbum epidimialem
morbumq vndimialem ⁊ mor-
bū diuersum. ⁊ de modis ⁊ cau
sis epidimie ⁊ pestilencie Similiterq de sig-
nis generalibus cuiuscumq epidimie ꝓueniēs
a quacumq radice. etiamq de signis pronosti
cis epidimie ⁊ pestilentie ad bonū vel ad ma-
lum: atq de signis particularibus febris pesti-
lentialis a quacūq radice prouenienté in quo
cumq indiuiduo actu paciente illam febrē Et
vlterius declaratum stetit de preseruatiōe pesti
lentie ⁊ epidimie in generali ⁊ particulari nūc
autem ostendemus curam febris pestilencialis
in generali ⁊ particulari non deuiatam a vera
opinione doctorum antiquorum ⁊ modernoꝝ
Qua de re peritia studiosi medici ex boc facile
congnoscetur ꝙ stante virtutis constantia ⁊ ei
us robore ad admouendā infirmitatis causā
scire debet eam cum causa sit principalissimum
curationis instrumētum quinimo vera infirmi-
tatis curatio vt Auicenna dicit in decimasex-
ta tercij tractatu quarto capitulo secundo cura
tio vera est incisio cause ⁊ in quarto primi ca-
pitulo vltimo Impossibile est vt febris remo
ueatur causa ipsius remanente quod quidem
dictum de vnoquoq morbo intelligi potest
propterea Auicenna in prima quarti tractatu
secundo capitulo septimo sic scribit. cum inue-
nis virtutem resistentem tollerantem abscinde
causam ⁊ expelle bumorem ⁊ in parte secunda
canticorum inquit. in omnibus egritudinibus
sunt prius aufferende cause efficientes si fiat
recta curatio in cuius commento inquit Auer
rois cura egritudinis formaliter est inutilis ni-
si prius cause aufferantur ⁊ principaliter fuit
sententia Galieni tertio tegni textu commenti
dicētis Unum commune oportet babere pre
ceptum efficientem vnamquamq causarum
abscidere post deinde sic venire ad eam que
facta est distrasiam ⁊ sic omnes sapientes con-
cordarunt ꝙ causa egritudinis prius sit remo-
uenda ⁊ postea ipsa distrasia abicienda Ideo-
q emplastra vnctiones epitbimata ⁊ buiusmo
di frigida non debent apponi ante abscisionem
cause Idcirco scientificus ⁊ prudens medicus
anteq ad talia perueniat cum euacuationibus
procedit Propter boc Auicenna primo quar
ti tractatu secundo capitulo cētesimoquadra-
gesimosexto dixit Scias ꝙ esse contentus in-
frigidatione ⁊ dimittere fleubotomiam ⁊ ven
tris solutionem addit in opilatione ⁊ coartati-
one quare additur putredo ⁊ caliditas in febri
bus propterea Auicenna prima quarti capitu
lo de cura febris pestilentialis scribit Summa
curationis eorum scilicet febrium pestilētialiū
est exsiccatio ⁊ illud cū fleubotomia ⁊ solutiōe

vētris ꝛ opoꝛtet vt incipiat in ea ad euacuan-
dum Si autem materia vincens fuerit sangui-
nea fiat fleubotbomia si fuerint bumoꝛes alij
euacuentur Ex boc sequitur ꝙ alij bumores
a sanguine scilicet colera fleuma melancolia
possunt putrifieri vt puta in colera pꝛincipali-
ter generatur putredo ꝛ nō in sanguine fleuma
te ꝛ melancolia tunc colera putrida ꝛ coꝛrup-
ta est ꝛ non alij bumoꝛes ꝛ sic de alijs ꝛ sic
variantur signa febꝛis pestilentialis penes ma-
ioꝛem ꝛ minoꝛem inflammationem ꝛ accui-
tatem: quando autem isti tres bumoꝛes pre-
ter sanguinem putrifiunt ꝛ non fuerint seper-
ati a sanguine sed permixti ꝛ peccantes in san
guine tunc debet fieri fleubotbomia Si vero
fuerint separati a sanguine ꝛ nō ꝑmixti nec pec
cātes in sanguine nō debet fieri fleubotbomia
ꝛ boc dicit Auicēna pꝛima quarti capitulo de
intencione ad curationes vniuersales febꝛium
putridarum cū inquit Et opoꝛtet vt obserues
in omnibus illis dispositionem virtutis ꝙ si fu
erit foꝛtis ꝛ fuerit illud ꝙ vincit sanguinē tunc
fleubotbomia est magis conueniens Ad buius
modi textus declarationē mouet gentilis ques
tionē vtrum in omni febꝛe putrida ꝯpetat fleu
botbomia Ueruntamen quia ista questio supe
rius in capitulo.xxxi. fuit clarificata bic non li
cet iterum explicare pꝛopter illa dicta gentilis
dicimus ꝙ facere fleubotbomiam in febꝛibus
pestilentialibus vbi non conuenit est magnus
erroꝛ Sed ad remouendum bunc erroꝛem pru
dētis medici est valde inquirere si in pꝛincipio
febꝛis pestilentialis competat fleubotbomia vł
farmacia ꝛ per signa nūc scripta buius veritatē
scire poteris Sed ad maioꝛem boꝛum dictoꝛū
elucidationem attencione dignū est ꝙ cū infe-
bre pestilentiali non sit vt plurimū magna distē
perancia in gradu caloꝛis non indigemus vebe
mentia infrigidatiōis ꝛ extinctiōis sicut in cau-
sone ꝛ similibus febribus quia pꝛesentia mate-
rie pocius ꝛ pꝛius euacuationem indicat quā
aliquam alterationem ideoq; dicit auicenna ꝙ
summa curationis est ex siccatio idest euacua-
tio vbi tamen cum febꝛe pestilentiali esset mag
na inflammatio ꝛ multi acuti caloꝛis sicut in fe
bꝛe colerica tunc infrigidamus: sed cum illa ma
teria febꝛis pestilentialis sit putrida magna pu-
tredine ꝛ coꝛruptione: conari debemus quan
tum possumus ad eius citam euacuationē sem
per enim speramus de maioꝛi eius coꝛruptione
quia in materiebus furiosis ante earum digesti
onem pꝛeceptum est euacuare multo magis in
materia faciente febrem pestilentialem quia fu-
riosioꝛ omni alia materia furiosa propter banc
autem causā Auicenna festinat ad euacuandū
cum inquit Summa curationis est ex siccatio
quam Auicenna euacuationem minoratiuam
vocat exsiccatiuam in capitulo de cura putri-
darum in vniuersali inquit secundum semitam
minoꝛationis ꝛ exsiccationis siue ille materie
fuerint cause cōiuncte siue antecedētes febꝛis
etiam si sint alie materie cum eis scilicet cū ma
teria antecedente vel coniuncta cōplicate Si-
militerq; in pꝛima quarti capitulo de cura vari
oloꝛū scribit Auicenna fleubotbomet quātita
te qua exsiccet ꝛ minoꝛet de materia Ex nunc
dictis sequitur ꝙ in febꝛe pestilentiali non con-
uenit euacuare cum medicina ex soluente scili-
cet euacuando illā materiā furiosā ꝛ venenosā
ꝓpter casum virtutis ꝛ spirituū coꝛdialiū coꝛ-
ruptionem sed melius consilium est fleubotbo
mare cum fleubotbomia pauce quantitatis se
quendo dictum Auicenne cum inquit Si aūt
materia vincēs fuerit sanguinea fiat fleubotbo
mia supple pauce quantitatis si non fuerit coꝛ
pus valde plectoꝛicum vt inferius magis pꝛo-
fūde dicemus si vero fuerint bumoꝛes alij eua
cuentur scilicet cum medicina minoratiua com
muni vt casiofistole manna uel tamarindis vel
similibus vel cristerijs leuibus vel cum medici
na pꝛopꝛia videlicet cum medicinis dictis leni
tiuis addito reubarbaro vel cum alia medicina
attrabente simpliciter bumoꝛem pꝛoprium scili
cet illam materiam venenosam peccantē quā-
uis dictarū medicinarum virtus non attingat
ad euacuandum illam materiam coꝛruptā an-
tecedētem vel cōiunctā in coꝛde existentē sed
quādo fit cū medicina ex soluēte. virtꝰ eius ꝓ
ducitur ad materias coꝛdi coniunctas ꝛ eas
eradicat sed valde ex tali euacuatione virtus
resoluit ꝛ debilitat Idcirco dicit Gentilis ego
vidi socios meos viros exptos q in praua pe-
stilētia statim a ꝑncipio pꝛima vł secūda vł t̄tia
vel quarta die dabant farmaca euacuantia ex

ſoluendo ſecundum materias vt reubarbarum
alicui ⁊ alteri agaricū ⁊ turbit ⁊ aliqui dabant
medicinas vigoratas cū ſcamonea pauca ipſe
dicit ⁊ vidit plures euaſiſſe ꝑ manus illoꝝ q̃
alioꝝ qui non purgabant niſi cum leuibus criſ-
tirijs vel cum caſiefiſtola vel ſimilibus Sed
ego vidi contrarium magis euaſiſſe per ma-
nus illoꝝ qui dabant medicinam linientem q̃
per illos qui medicinas eradicantes exſoluen-
tes adminiſtrabant quia vt plurimum in eis ſe
quitur fluxus ventris ſintomaticus ⁊ tāta vir-
tutis debilitas ⁊ ſpirituum corruptio quia in
eis ſeqt̄ feſtina mors Sed in corpib⁹ plectori
cis forſitan poſſunt adminiſtrari talia farmaca
forcia quia in ipſis propter medicinas exſoluē
tes eradicantes non euenit tanta virtutis debi
litas ⁊ ſpirituum vitalium corruptio permaxi-
me ſi adminiſtras dicta farmaca in ꝑncipio ꝑn-
cipij febris peſtilentialis cum humores ſubſtan
tiales cordis ſunt incorrumpti ⁊ incinerari id-
eſt inuenerari Conſiderandū enim eſt ꝙ q̃uis
plectoria appareat in febricitanti febre peſtilen
tiali ⁊ videatur vel appareat vrina conturbata
vel vt ſubiugalium vllo modo fienda eſt fleu-
botomia nec fortis farmacia quia talis vrina
ſignificat virtutis regitiue debilitatē quia om-
nes humores tam maligni q̃ benigni ſunt val
de permixti euenit namq; ꝙ vena apta magis
exibit de ſanguine benigno q̃ de maligno ⁊
virtus magis debilitabitur ex eo quia natura
virtutis regitiue debilitata nō poteſt facere ſu-
um officium ſeparationis humoris benigni a
maligno ⁊ ſic ſequitur ex effectu farmacie era-
dicatiue permaxime ſi vrine conturbate ipoſta
ſim non faciunt nec clarificantur ſed conturba
te remanent ſi virtus ſit fortis longum morbū
protēdūt ſi debilis mortē vt inquit Galienus
quarto amphoriſmoꝝ commento canonis qui
buſcumq; in febribus vrine conturbate vt ſub
iugalium ⁊ Auicenna ſecunda primi doctrina
tercia capitulo tercio de ſignificationibus ſub-
ſtācie vrine ⁊ in veritate multos vidimus fac
ta fleubothmia vel forti farmacia eradicatiua
exſoluente mori prius apparente tali vrina cō-
turbata vt ſub iugalium precipue ſi tales vrine
in quantitate modica vel minori ſint q̃ eſſe de
beant propter hec dicta licitū eſt q̄rere Utrū
peſtilētialibus febribus competat fleubotomia
farmacia ſompnus ⁊ vomitus Iſtud autē du
biū erit vtiliſſimū nā cum laude quippe dei to
ta cura morbi peſtiferi plenius ſcietur vt medi
ci practicantes in errores ⁊ defectus ex inperi
cia ⁊ malo iudicio incurrāt De tali autem du-
bio ſine multiplicatione rationū aliquit eſt di-
cendum Et videtur ꝙ non competant in febri
bus peſtilētialibus fleubotomia farmacia ſom
nus ⁊ vomitus Et primo ratione Auicēne. vi
quarti de venenis tractatu tertio capitulo pri-
mo nam humores venenoſi per fleubotomiā
farmaciam ſomnum ⁊ vomitum trahuntur de
extra ad intra ⁊ tranſire faciunt ſupra membra
principalia ⁊ Auicenna in dicto capitulo ſub-
dit ꝙ nō eſt aliquid magis iuuatiuum q̃ medi
camē quod trahat venenū ad exteriora Idcir
co medici volentes applicare medicamen tra-
hens illum humorem venenoſum de extra ad
intra faceret contra opera nature quia ipſa la-
borat in propellendo ad extra iuxta dictū ypo
cratis ſecūdo amphoriſmoꝝ vndecumq; repe
rit natura inde ducere oportet per conuenien-
tem regionem ea propter multum ſequi debe
mus in talibus morbis opera nature nam ſi ip
ſa ꝓpellit ad extra ⁊ medicus reducit ad intra
eſt malum ⁊ peiſſimum imo pocius debet natu
ram iuuare in expellendo ad extra quando
natura oſtendit ad quem locum materiam pro
pellere debet cuius contrarium faciunt medici
fleubothomando farmacādo ſomnum produ-
cendo vel vomitum promouēdo quia tunc re
ditam materie de extra ad intra procurant: vt
verbi gratia natura intēdit facere apoſtema de
materia venenoſa in hoc emunctorio ⁊ non in
alio medicus tūc debet ſtatim trahere materi
am illam venenoſam ad illum locum cū attra-
hentibus poſſibilibus ⁊ ſepe hoc facere ſicut in
ferius dicemus in cura apoſtematum ⁊ puſtu-
larum peſtilentiarum in oppoſitum ſunt text⁹
Auicenne ⁊ Raſis in locis prealegatis qui cō
cedunt fleubothomiam ⁊ farmaciam ſomnum
⁊ vomitum in febre peſtilentiali Ad contrarie-
tatem horum dictorum dicere poſſumus ꝓcon
cordia doctorum ꝙ in febre peſtilētiali quādo
in humoribus ſubſtantialibus ⁊ ſpiritualibus
in eis non dū eſt facta totalis putrifactio ⁊ cor-

ruptio ⁊ venenatio sed solum in corrumpi ⁊ ve
nenari tunc cōpetūt fleubothomia ⁊ farmacia
somnus ⁊ vomitus si non apparētes sint bubo
nes ⁊ carbūculi antraces vel alie pustule nam
quamuis ista scilicet fleubothomia ⁊ farmacia
precipue exerceant a medico ⁊ fiat reditus ma
terie de extra ad intra non propter hunc reditū
sequitur tantum nocumentum in corpore hu-
mano immo maius iuuamentum quia euacuat
pars materie antecedentis ⁊ coniuncte : pars
autem remanens non potest tantum corrumpi
nec venenari qa natura efficitur potens supra
remanentem partem materie ⁊ eam rectificare
pōt p maxime si a principio adiuuet cū medici-
nis cordialibus ad intra ⁊ ad extra applicatis
Si autē humores cordis substantiales sunt in
facto esse corrupti ⁊ venenati tūc fleubotomia
⁊ farmatia ⁊c̄ vllo modo cōpetūt q: fit reditio
materie venenose ab extra ad intra neqꝫ appli-
care debemus aliqua medicamīa ad extra rep
cussiua ⁊ opilatiua prohibentia talis materie
venenose euaporationem sed semper ab intra
ad extra procuretur talis materie educcio vt
longe a corde protrahatur cum omne venenū
de sui natura semꝑ ⁊ principaliter appetat cor
concluditur igitur ꝙ in febre pestilentiali ⁊ in
apostemate antroso quādo materia in sui prin-
cipio non est venenosa potest fieri fleubotomi-
a farmacia ⁊c̄ sed post sui vlteriorem putrifacti
onem ⁊ corruptionem acquiritur venenositas
tunc fleubotomiam ⁊ farmaciam ⁊c̄ non debe
mus administrare nec est bonum consiliū ꝙ ta
les multum profundentur in somno nec etiam
omnino vigilent quia sani vigiliā sufferre non
possunt quia natura inquietatur per multas
vigilias ⁊ virtutes resoluūtur omnes ⁊ sic pos
set eis euenire sincopis ⁊ mors Ideoqꝫ aliqua
lis quies ⁊ somnus duaꝝ horaꝝ vel adminus
vnius hore in principio est concedendum ⁊ si
somnus profundetur oportet vt excitētur vt
materia que est in potentia venenosa ⁊ in fieri
non in actu ⁊ facto esse venenū fiat ⁊ sic som-
nus ⁊ vigilia vtraqꝫ cum temperamento fieri
debent Et nota ꝙ tales febres pestilentiales
sunt in duplici differentia nam quedam a prin
cipio principij statim sunt multū fortes ⁊ cum
malis accidentibus scilicet vomitu forti cum

stupore mentis ⁊ somno profundo ⁊ sincopi st
lico a principio existēte constipatione ventris
fiat cristere lenitiuum ⁊ postea fiat fleubotomi
a secundum plectoriam corporis cum estimati
ua medici prudentis minuendo quantitatem
sanguinis ⁊ hec fleubotomia fiat in die natura
li sui principij febris pestilencialis considerati
onem habēdo ad virtutem et ad alia que sunt
consideranda in fleubotomia fienda precipue
in febre pestilentiali declinando semper ad ex-
trahendum quantitatem non magnam sangui
nis de quacūqꝫ parte fieri debeat de dextra vł
sinistra vel de venis brachiorum vel de sophe
nis istud est valde difficile medicis practicanti
bus Dicamus ergo ꝙ attendere debemus ad
superiora que dicta sunt de fleubotomia scilicet
si peccat sanguis vel si alij humores sint mixti
sanguini vel peccantes in eo ⁊ secundum hoc
variatur extractio quantitatis magne vel par
ue in sanguine De qua autem parte fleuboto
mia fieri debeat est aliud considerabile Dicen
dum ergo est ꝙ vł illa febris est in sui ṗncipio
cum bubone vł cū carbūculo vł antrace vel a
lijs pustulis malignis apperētibus vł nil vide
tur in toto corpore de hijs dictis pustulis ap-
parere ⁊ si sic erit tunc fleuberbomia in prin
cipio principij fieri debet de brachio dextro de
vena communi permaxime in vere vel estate
vel de brachio sinistro in autumpno ⁊ hieme
de eadem vena dicta communi Causa quare
sic fieri debeat est omnibus manifesta medicis
scientificis ideo non curo hic sermones prolon
gare si autem in tali corpore febrili appareant
dicta apostemata ⁊ pustule fleubotomia fieri
debet de eadem parte apostematum ⁊ pustula
rum quia de hoc ampliorem sermonem facie-
mus quando de cura eorum tractabimus hic
supertaceo Amplius vero est considerandum
de cura febrium pestilentialium Et licet a prin
cipio summa curationis eorum sit exsiccatio
cum fleubotomia ⁊ cum solutione ventris si-
cut superius declaratum fuit veruntamen in
principio principij administranda sunt per inte
rius ⁊ exterius virtutes cordis confortātia ne
spiritus resoluantur ⁊ corrumpantur ⁊ secun-
dum doctrinam Auicēne in libello de viribus
cordis est enim cor fundamētum oim virtutū

quia virtutum prima radix quarū quoq; fons
spiritus existit quia est radix substantie vite or-
ganum ⁊ vehiculum omnium virtutum princi
palium necnon innati caloris cuius vigore cō
plexio cōsistit in esse ⁊ corpus totum ⁊ omnia
membra subsistunt ⁊ in vigore viuifice conser-
uātur ⁊ eius extinctio mors existit hic enim in
natus calor causa est omnium opationum vir
tutum animalium ⁊ naturalium vt dixit Auicē
na vbi supra Est igitur calor innatus basis vi-
te seu vitalis virtutis per quam membra recipi
unt animam primo. deinde sensus ⁊ mot⁹ om-
nesq; virtutes ⁊ operationes vite neq; mors
contingit nisi ꝓpter intemperantiam ⁊ destruc
tionem eius complexionis vt Auicenna vbi su
pra quare merito existimo succurrendum esse
pacientibus febrem pestilencialem cum medici
nis quibuscūq; applicatis ad titillationem cor-
dis ⁊ sincopim que vt plurimum solent eueni
re in febre pestilentiali quia ipsa propria passio
cordis existit vt Galienus in libro de differen-
ciis febrium eo maxime quia causa est materia
corrupta ⁊ venenosa Studēdum igitur est cir
ca confortationem cordis per omnem modū
interius ⁊ exterius approximationis vt ei⁹ vir
tutem subleuare possint Complebuntur hec
omnia cum medicinis que habēt ipsum cor cō
fortare Primo cum hiis que restaurāt cordis
substantiam ⁊ spiritum eiusq; calorem multipli
cāt talia enim sunt cibus ⁊ potus cordi appro
priati quales sunt cibi sumpti placidi suauissi-
mi in odore ⁊ delectabiles in sapore ⁊ si nata
raliter non fuerint tales cum acetosis ⁊ aroma
tibus condiantur ⁊ sint facilis digestionis
paucarum superfluitatum multi ⁊ boni nutri-
menti existere debēt secūdum ꝙ exigit dispo-
sitio virtutis ⁊ complexionis etiamq; dispositi
o febris pestilentialis que in bono medici arbi
trio permaxime constare videtur Sint ergo ci
bi tales quales sunt carnes pulloꝝ iuuenum
perdicum fasianorum ⁊ caponum ⁊ iuuenum
pullarū sed quia de hiis capitulum intēdimus
scribere de cibatione ipsorum qui febrem pesti
lentialem incurrunt hic amplius non dicendū
deinde sunt ⁊ alia que cor confortāt sicuti me-
dicine odorifere bone ⁊ suaues ⁊ medicine q̄
contemperant cordis complexiōem ⁊ spiritus
substantiam ⁊ que proprie repellunt a corde
nocumentum ⁊ totū corpus in vita conseruāt
sicut sunt medicine hoc a proprietate agentes
Etiamq; sunt quedam medicine que nocumē-
tum cordis remittunt ⁊ illud agunt a complex
ione quarum quedam sunt calide quedam fri-
gide quedam sicce quedā humide ⁊ quedam
temperate Quedā etenim sunt que ipsum cor
confortant omnemq; eius virtutem reficiunt
vtroq; modo scilicet a proprietate ⁊ complex
ione sicut rosa ⁊ endiuia siluestris ⁊ alie simpli
ces medicine de quibus doctores antiqui ⁊
moderni in libellis simplicium medicinarum
scripserūt ⁊ superius in regimine preseruatiuo
per me annotate fuerunt Et est notandum ꝙ
medicine q̄ opātur a cōplexiōe frigida ⁊ a pro
prietate qualitatis nocumentum repellunt va
porem resoluūt malum eiusq; maliciam qualia
sunt frigida exsiccantia sicut dictum est vt sunt
rose folia mirte sandali rubei camphora corian
drum nenufar bolum armenum idest lutum ar
menum terra sigillata corallū ⁊ similia dispersa
per cameras pacientium febres pestilentiales
vel irrorationes cum aquis dictarum medici-
narum ⁊ proprie cum aceto albo rosato Ista
omnia sunt odorifera que a proprietate ⁊ a cō
plexione frigida per omnem modum approxi-
mationis sunt resistentia videlicet suffumigata
odorata bibita ⁊ commesta ⁊ ista sunt cordiali
a spiritibus proportionabilia Ideoq; calorem
innatum confortant qui est instrumentum vite
delendo superflua corrupta ⁊ fetida que spiri-
tus inficiendo contristant Nam si alicui homi
ni febris pestilencialis adueniat non manifesta
caliditate apparente etiāq; alteratio aeris pro
cedat in pessimam qualitatem frigidam ⁊ hu-
midam cum hiis que calida sunt ⁊ sicca iuuan
tur sicut proprie est xilo aloes crudū thus am-
bra muscus storax radix diptami ⁊ tormētilla
semē citri ⁊ poma citra flores ⁊ folia eius limo
nes magni ⁊ pui qm̄ rectificāt aerē pestilētialē
⁊ pestilētiā vt Aui. dicit ista aūt calida aroma-
tica suffumigata odorata bibita ⁊ ꝯmesta appli
taca pacientibus febrē pestilentialē vt cōuenit
sola ista calida vel permixta cum cordialibus

frigidis febribus pestilēcialibus conferūt quia
vt plurimum cordialia frigida cum calidis per
miscentur vt superius in capitulis de regimine
preseruatiuo demonstratum fuit Una de re al
teratio febrilis distrasie completur cum rectifi-
cantibus maliciam putredinis venenose ⁊ cali
ditatem febrilem per consequens bonum iuua
mentum prestabitur habenti hanc febrem ad
ministrare hanc medicinam simplicem cōferen
tem dicti febri a proprietate occulta ⁊ a com-
plexione sicut Auicenna dixit de bolo armeno
Nam plures iam sanati sunt ex pestilētia mag
na propter consuetudinem bibēdi ipsum cum
vino subtili vt deferat ipsum ad cor ⁊ sit mixtū
cum aqua rosata propter febrem Uerūtamen
quia vinū contrariatur febri ꝑpter eius maxi-
mam caliditatem vinum debet poni in paruissi
ma quantitate ⁊ de aqua rosata in quantitate
multa ⁊ propterea dixit Auicenna vinum max
ime limphatum ⁊ proprie cum aqua rosata Si
militerqꝫ bolum armenū confert febribus pesti
lentialibus bibitum ⁊ linitum si liniatᷣ circum
circa pustulam vel pustulas per viā cresis vel
sinthomatis ad extra in corporis membra ex-
pulsa ⁊ in hoc omnes antiqui auctores cōcor-
dati sunt ꝙ bolum armenum preseruat ⁊ curat
febrem pestilentialem alia autem simplicia cor
dialia que a proprietate conferūt febribus pes-
lentialibus possunt administrari sub forma po
tus cum aquis cordialibus que ꝗuis calida
sint vt diptamus ⁊ tormentilla ⁊ semen citri ⁊
alia expellunt materiam venenosam a corde ⁊
eam dissolunt permaxime si contemperetur ca
liditas earum cum aquis frigidis vel tempera
tis vt aqua rosata acetosa endiuia siluestri ⁊
buglossa quedam istarum medicinarum simpli
cium ordinantur sub forma odoramētorum ⁊
alia sub forma potus alia sub forma epithima-
tis alia sub forma pomoꝝ vel sub pulueris for-
ma vel saculorum etiamqꝫ sub forma sirupo
rum factorum ex succo acetositatis citri ⁊ suc-
co de ribes ⁊ ex succo acetose maioris vel mi
noris vel de duabus granatis acetosis ⁊ dul
cibus vel ex succo pomoꝝ dulciū ⁊ acetosorū
vel ex succo endiuie siluestris ⁊ poteris siro-
pos vel iuleb aromatisare cū cinamomo ⁊ pa-

rum de gariofolis. nam omnes iste medicine
simplices cum sint letificātes cor ⁊ ipsum cō
fortantes sunt tiriacales vt dixit Auicenna in
de viribus cordis; ⁊ tu compositionem face-
re poteris ad tui ingenij scrutationem Ideoqꝫ
in curatione febris pestilētialis in principio pn-
cipij in pueris ⁊ delicatis ⁊ mulieribus preng-
nantibus in colericis ⁊ sanguineis poteris vti
illo puluere scripto ⁊ dicto in capitu. quinqua
gesimo composito a magistro raimundo de vi
nario ⁊ est puluis maximi iuuamenti ⁊ vtilita-
tis ad preseruationem a pestilentia eiusqꝫ curā
⁊ est ordinatio pro diuitibus ⁊ pauperibus vi
deas illum puluerem scriptum in principio ca-
pituli ⁊ receptam bene annotatā Administra
dictū puluerem tempore preseruationis a pesti
lentia eiusqꝫ cura cum aquis cordialibus sicut
dictū fuit in qnquagesimo. ca. ⁊ inuenies aliū
puluerem ordinatum tempore pape Gregorij
per medicos auinionenses quem puluerem cō
posuerunt pro pestilentia sed michi non placet
quia declinat ad multam caliditatem recurre
ad dictum capitulum multos autem pulueres
per doctores in tractatibus suis de pestilentia
inuenies notatos sed in curatione febris pesti
lentialis non conuenientes sunt quia declināt
ad multam caliditatem ego autem magis lau-
darem dare de tiriaca magna vel metridato
approbatis ⁊ ꝗuis calida sint quia parua quā
titas que de eis datur non calefacit permaxi-
me cum datur cum aquis frigidis cordialibus
vtiqꝫ cum aqua rosata vel aqua acetosa vel si-
milibus aquis frigidis cordialibus ⁊ sic calidi
tas tiriace ⁊ metridati minuitur ⁊ sic potest da
ri in curatione febris pestilentialis vt Auicen-
na ⁊ alij doctores antiqui in codicibus suis
scripserūt qa tam large de tiriaca ⁊ metridato
superius diximus in capitulo suo si competunt
in preseruatione ⁊ curatione pestilentie vel nō
⁊ enarrauimus opinionem Auerrois qui dix-
it ꝙ tiriaca non competit in conseruatione sa-
nitatis nam illi medici qui cōtra ꝑcepta Auer
rois regebāt filios regū i cōseruatiōe sanitatis
dampnificauerūt eos multū si ergo nō cōpetit
in ꝑseruatiōe sanitatᷣ minꝰ ꝯpetere debet in cu
ratiōe dolis aūt tiriace ⁊ metridati oportꝫ vt sit

diuersa in diuersis corporibus complexiõibus
etatibus ⁊ anni tempibus ⁊ regionibus q̃uis
dosis tiriace ⁊ metridati sit iã scripta per Aui-
cennã ⁊ alios doctores vt notatum superius
fuit in dicto capitulo de tiriaca ⁊ metridato
Concludendum est quod tiraca fermentata
compert in principio principij febriũ pestilen-
cialium in dosi parua cum aqua rosata vel cũ
aqua acetose vel similibus aquis precipue si
appareat febris lenta ⁊ multum remissi caloris
⁊ venenose putredinis Si autem non volue-
ris administrare de tiriaca vel metridato pro
pter aliquam causam tunc vti poteris de istis
confectionibus quibus medici illustres ciuita-
tis valentine in cura febris pestilencialis admi
nistrabant etiamq ad curam variolarũ ⁊ mor
billorum permaxime in delicatis corporibus
vtiq in pueris iuuenibusq colericis ⁊ macillẽ
tis ⁊ pregnãtibus ⁊ sunt hee cõfectiones tiriaca
ca de citro ⁊ limonata smaragdorũ que habẽt
virtutem mirabilem contra febrem pestilentia-
lem ⁊ ad accidentia eius ⁊ cũ experientia lon-
gi temporis ⁊ ratione approbate fuerunt dicte
confectiones quorum ordinationes ⁊ recep-
tas inuenies scriptas supius in capitulo quin
quagesimo recurre ad illud capitulum Si au
tem vis mirabilem operationem facere in paci
entibus febrem pestilentialem administra con-
fectionem de iacincto vel de eius puluere su
perius in fine capituli dicti de simplicibus me-
dicinis ⁊c̃ ⁊ potest dari ista cõfectio vel puluis
in quocumq tempore febris ⁊ in quacumq
etate ⁊ complexione ⁊ in quocumq tempore
anni ⁊ detur cum aquis cordialibus secundũ
arbitrium medici practicantis ⁊ detur de octo
in octo horis stomaco vacuo ⁊ ieiuno de dosi
vero inuenies determinationem in pallegato
capitulo lege ⁊ iterum lege sed debes attende
re ⁊ scrutare si simplicia sint pfecta ⁊ electa ⁊
insequetur opus curacionis mirabile ⁊ salutife
rum quia hec scilicet confectio ⁊ puluis super
omnes medicinas magis certam ⁊ approbatã
operacionem reperies Similiterq in curatiõe
febris pestilentialis sunt necessaria aliqua odo
rabilia posita in igne que sint declinantia ad fri
giditatem cũ aliqbus aromaticis sicut sunt flo
res rosaꝝ ⁊ grana mirtilloꝝ cũ corticibus citri
siccis sed pro tempe calidissimo sola irroracio
aque rosaꝝ ⁊ paꝝ de aceto est sufficiens cum
expansione cannaꝝ viridium ⁊ aliaꝝ herbaꝝ
frigidarum bene redolentium ⁊ in tali tempo-
re calidissimo paciens talem febrem debet te-
nere in manu pomum iam scriptũ in capitulo
superius dicto cuius descriptio est talis. ℞. flo
rum violaꝝ floꝝ nenuffaris ⁊ rosaꝝ. añ. ℨ. ij.
omnium sandaloꝝ añ. ℨ. i. semis citri mundi ⁊
corticis eius sicci. añ. ℨ. ß. camphore grana. iiij
omnia conterantur ⁊ miscẽtur ⁊ ponatur pul-
uis in panno de serico rubeo post adde ambre
grissie grana. ij. ⁊ fiat pomum ⁊ irroretur cum
aqua rosata cum paucissimo aceto albo rosato
Alia duo poma inuenies in dicto loco scripta
si erunt ad propositum curationis dicte febris
⁊ accidencium poteris administrare Etiamq
sunt valde necessaria ⁊ vtilia epitimata cordia
lia pro febre pestilentiali ad confortatiõem spi-
rituũ vitalium ⁊ caloris innati vt virtutes cor
dis fortificentur ⁊ hijs fortificatis materia ve
nenosa expellatur ⁊ resoluatur Cuius ordina
tio est talis. ℞. rosaꝝ rubearũ floꝝ violaꝝ ⁊
nenuffaris pulueris triũ sandaloꝝ. añ. ℨ. ij. corti
cis citri sicci ⁊ seminis eius mũdi radicis dip
tami radicis tormentille deronici. añ. ℨ. ß. spo-
dij been albi ⁊ rubei. añ. ℨ. i. trociscoꝝ de cam
phora. ℨ. iij. pulueris de iacincto. ℨ. i. ⁊. ß. musci
ambre grisie. añ. grana. iiij aque rosate aq̃ ace-
tose aq̃ buglosse aque nenuffaris, añ. vncias. v
vini albi odoriferi vncias. iij. aceti albi rosati
vnciam. i. ⁊. ß. misceã ⁊ fiat epitima. p corde est
enim multe efficacie sed medicus potest aliam
⁊ aliam epitimatis ordinationem facere secun
dum exigentiam necessitatis cuiuslibet febrici-
tantis postq noticiam habuerit virtutum sim-
pliciũ medicinaꝝ atq compositaꝝ ⁊ talia epi
timata applicentur supra cor in directo cuba-
ni pectoris declinando ad mamillam sinistram
cum panno de scarlata vel cum sindone rubea
Et notandum q ad perfectam curationem fe-
bris pestilentialis diuerse medicine cordiales
sunt necessarie secundum diuersitatem indiui
duoꝝ nam non omni sanitati conseruande nec
oĩ morbo cõuenit vnũ regimen nec vna medi-
cina cũ quelibet sanitas sit diuersa vna ab alia
ideoq bene dixit Galienꝰ. iij. de ingenio. ca. vij

ꝗ vnicuiqꝫ corpori ꝓpria medicina cōuenit vti
lissimū nāqꝫ est si patit̄ sitim dare iuleb violaꝝ
vel rosaꝝ vel cōponere vnum iuleb longum cū
aquis cordialibus vt sequit̄. ℞. aque violaꝝ
aque neufaris aque buglosse aque rosaꝝ aque
acetose. an̄. vncias sex cōserue rosarum cōserue
buglosse corticis citri cōditi cū zuccaro. an̄. ʒ. ij.
puluis triū sandaloꝝ. an̄. ʒ. i. succi acetositatis ci
tri vel de agresta quantum sufficit ad acetosan
dum cum zuccaro albo fiat iuleb coctum ⁊ be
ne clarificato Similiterqꝫ valde bonū est face
re cōditū vt febricitans nunc accipiat de iuleb
nunc de cōdito cuius ordinatio potest esse ta-
lis. ℞. cōserue rosaꝝ conserue buglosse. an̄. ʒ. ij.
corticis citri cōditi cum zuccaro. ʒ. i. ⁊. ß. pulue-
ris de iacincto superius scripti. ʒ. ij. zuccari al-
bissimi quātum sufficit fiat conditum de aura-
tum sex pānis auri purissimi minutim incisis ⁊
reseruet̄ in capsiia ad vsū: si vis componere cū
aliis pulueribus cordialibus simplicibus vel
cōpositis relinquat̄ prudentie medicantis: vel
possunt vti manibus christi vt seqt̄. ℞. marga-
ritaꝝ orientalium limature cornu vnicorni. an̄
ʒ. i. zuccari albissimi quātum sufficit fiāt manus
christi deaurati cum pannis auri purissimi ⁊ est
ordinatio ꝓ magnatibus ⁊ diuitibus: ⁊ cū fidu
tia maximi iuuamenti detur de isto puluere cor
diali inferius scripto quando velis eum cibare
in principio antequam comedat alia cibaria da
bis cum pauco brodio pulli vel caponis iuue-
nis de dicto puluere in quantitate vnius drag-
me vel medie dragme mixto cum dicto brodio
cuius ordinatio est. Recipe iacinctorum saphi
rorum stopaciorum smaragdorū. an̄ ℈. ß. mar-
garitarum electarum. ʒ. i. serici crudi minutim
incisi. ℈. i. ossiū de corde cerui numero ꝗtu-
or limature auri purissimi. ℈. ß. omnia pulueri
sentur subtilissimo cum porfi ⁊ post addatur zu
ccari albissimi vncia vna ⁊ fiat puluis ⁊ si non
ponis de lima dura auri poteris ponere de pan
nis auri purissimi numero. vi. Pro pauperib9
autem non ponantur gemme dicte sed marga-
rite ⁊ alie medicine cordiales dicte nam talis
puluis valde vtilis est pro febre pestilentiali nā
margarite summe valent in prohibitiōe celeris
exalationis spirituum vt in libello de retardan
da senectute aurum vero ponitur in cōfortatio
ne substancie cordis ipsum vniendo ⁊ spiritus
euacuare Quarta est materiā ɔiunctā debito
ordine extrahere eamq; regere τ gubernare
Prima ergo intentio completur cū debita ad
ministratione sex rerum nō naturalium cum su-
is anneris secundum formam datam in superi
ori capitulo nisi quia in carbunculo etiāq; ig-
ne persico siue febre pestilentiali oportet vt de
clinetur magis ad diete tenuitatem sufficit igit
sibi ptisana ordei τ aqua cum zuccaro rosato
vel cum iuleb de ribes vel acetositatis citri vl'
iuleb rosato vel potest vti farro ordei cum lac-
te amigdalaꝝ dulcium vel lacte solum amigda
laꝝ dulciū τ hec sunt vtilia τ cōuenientia vsq;
ad quartum diem τ vtatur magis infrigidanti
bus τ humectantibus τ ab eis substrahatur vi
num τ carnes vtatur lactucis portulacis τ gra
natis acetosis τ brodio pulli τ pulle parue cū
agresta alterato Et si virtus sit fortis τ cum fe
bre dentur lentes excorticate cū aceto vinum
eius sit vinum granatoꝝ τ vinū aquosum po-
test dari τ post augeatur dieta vt in febre pesti
lentiali Secunda intentio complet' cum admi-
nistratione bone τ approbate tiriace vt voluit
Guido de cauliaco vel cū puluere vl' cōfectiōe
de iacincto vel alijs electuarijs vel pulueribus
approbatis etiamq; epitimatibus τ odoramen
tis τ irrorationibus cōtra febrem pestilentialē
superius scriptis Tertia intentio completur cū
euacuatione cum fleubotomia τ solutione ven
tris Sed quia ista intentio declarata fuit in an
tecedentibus capitulis si fleubotomia de parte
contraria apostematis fienda sit vel de parte
eadem in principio Et sic de solutione ventris
in pncipio apostematis fieri debeat non inten
dimus has di ficultates reiterare ideo silentiū
imponamus si enim rei veritatem scire volue-
ris recurre ad supius enarrata q; scripta Quar
ta intentio completur cum defensiuis τ refrena
tiuis mixtis τ euaporatiuis ne materia retroce
dat τ irritet τ conuertatur in antracem τ in cā
crenam τ estiomenum ad hoc laudat per Gali
enum decimoquarto terapentice emplastrum
de arnoglossa Auicenna vero dicit cura antē
localis necessaria est sicut cura erisipile in erisi-
pila enim in pncipio est necessaria infrigidatio
τ repcussio sic in isto apostemate τ sicut in sta-
tu τ in fine est necessaria resolutio τ infrigida
tio cum exsiccatione etiā in istis apostematibus
postea subdit Auicenna corrigens se dicit verū
non oportet q; sit linimentum vehementis in-
frigidationis in istis apostematibus sicut in eri
sipila τ reddit causam Auicēne prima est propē
grossiciem materie vnde si poneretur fortiter
repercussiuum concularetur materia nimis in
membro τ postea efficeretur difficilis resoluci-
onis Secunda causa est quia materia istarum
pustulaꝝ est quasi venenosa Repercussio enim
non tolleratur vt non redeat parum ex ea ad
interiora sed in igne persico est materia magis
subtilis τ minus venenosa q̄ in pruna ideo in
eo possunt applicari forciora repcussiua τ forci
a stiptica q̄ in pruna quia materia ignis persici
est subtilior sic ergo appet q; in hac egritudine
non debent administrari medicine vehemētis
frigiditatis propter acuitatem materie nec ve
hementis stipticitatis nec pure resolutiue Ide
o dicit Auicenna imo oportet vt administrent̄
medicine exsiccatiue in quibus sit infrigidatio
τ resolutio quedam cum expulsione debet er-
go esse medicina aliquantulum desiccatiua ra-
tione humiditatis τ virulentie que sit in istis
pustulis quia vt plurimum iste pustule sunt de
siccantes adurentes ex quibus egreditur hu-
miditas cum quadam virulentia sed non debet
esse nimis desiccatiua propter materie grossici
em ne materia plus ingrossetur τ induretur τ
hoc est verū quando nō sunt vlcerate sed quā-
do sunt vlcerate indigent fortiter desiccātibus
Et vlterius est notandum q; medicine in hac
egritudine debent esse infrigidatiue cum exsic-
catione τ aliquali resolutione tamen debet dis-
tingui secundum tempora egritudinis quia in
principio debet esse plus medicina infrigidati
ua q̄ in fine τ in statu ratione maioris alteraci
onis que videtur in principio apostematum in
statu autem τ in fine debent esse plus resoluti-
ua q̄ in principio eo q; in fine apostematis in-
diget materia plus resolutione q̄ in principio
τ minori infrigidatione τ repercussione ideoq;
illud emplastrū quod ponit Gali. xiiii. terapen
tice de arnoglossa est valde optimum τ ipsum
acceptat Aui. cuius forma est tal'. R. arnoglosse
lentiū panis furfurei. aā. partes equales τ oīa

coquantur in aq̄ donec mollescāt ⁊ post pistēt
fortiter ⁊ fiat emplastrum ⁊ supra locum apos-
tematis applicetur Uerumtamen si sanguis
ebuliens apparuit subtilis magis quā gros-
sus laudabiles essēt galle apposite in dicto em
plastro sed incircuitu apostematis carbuncu
li ponatur pecia panni lini subtilis perforata
secundum quātitatem apostematis dicti balne
ata in aqua rosata ⁊ pauco aceto ⁊ si addis
bolum armenum dissolutum in dicta aqua ro
sata ⁊ aceto maioris iuuamenti erit vel alia de
sensina poteris apponere secūdum tui ingenij
cōsiderationem Sed quidam doctor ponit ali
um modum cōficiendi hoc emplastrum de ar-
noglossa ⁊ est mirabilis ⁊ singularis modus
ideo scribimus hic ⁊ est talis mollificentur len
tes in aqua communi per vnum diem postea
coquātur in illa aqua deinde exprimantur ab
aqua ⁊ fortiter pistentur ⁊ postea in decoctio
ne illarum lentium coquatur arnoglossa ⁊ cū be-
ne cocta est exprimatur ab aqua ⁊ postea simul
agregentur lentes cocte mollificate ⁊ medulla
panis furfurei conficiantur simul ad modū ca-
taplasmatis Aliq̄ addūt olei rosati. sed dicimus
q̄ in tali apostemate non debet apponi quia o-
leū ⁊ pinguedines ⁊ medicine oleoginose con
trariantur carbunculo ⁊ magis antraci ⁊ alijs
pustulis pestilentialibus quia claudunt poros
⁊ spiritus ⁊ calor innatus suffocatur ⁊ morti
ficatur membrū apostematis Sed si vis ma-
gis stipticare poteris miscere de puluere galla
rum id enim emplastrum est optimum in princi
pio prune ⁊ ignis persici dum tamen vlcerata
non sunt vt inquit Galienus decimoquarto
terapentice inquiens id emplastrum est vtile
prune igni persico ⁊ formice ambulatiue ⁊ mi
liari ⁊ omnibus pustulis que vlcerate ⁊ corro
siue nō sunt ⁊ est emplastrum quodammodo
repercussiuum cum exsiccatione ⁊ resolutione
quia plantago est repercussiua ⁊ exsiccatiua
cum quadam resolutione licet pauca Et etiam
est pororum apritiua propter abstersionem que est
in ea vt dicit Auicēna secundo canone q̄ ipsa
est bona in vlceribus fraudulentis ⁊ igni persi
co ⁊ ambulatiuis vlceribus antiquis ⁊ vlceri
bus profundis. lentes autē sunt exsiccatiue cum
aliquali etiam resolutione quia lentes quasi tē

perate sunt vt inquit Auicenna secundo cano
ne galle autem sunt infrigidatiue ⁊ exsiccatiue
panis autem plurimi furfuris est resolutiuus ⁊
exsiccatiuus ratione furfuris vt secundo cano
dicit Auicēna natura enim huius panis est sub
tilior in substātia sua idest natura sed complex-
io ⁊ virtus huius panis est subtilior in sub-
stantia sua q̄ꝫ panis de farina tritici ratione vir
tutis furfuris ideo plus cōpetit hic panis fu
fureus q̄ꝫ panis de farina tritici ergo istud em
plastrum est bonum ⁊ optimum in pruna igne
persico ⁊ carbunculo ⁊ antrace ⁊ in omnibus
pustulis pestilentialibus ⁊ hoc secundum tem
poris pustularum diuersitatem Similiterq̄ꝫ est
aliud emplastrum laudatum ab Auicenna q̄
valet in omni hora ⁊ eradicat hanc egritudinē
in principio ⁊ statu ⁊ declinatiōe scilicet in igne
persico ⁊ pruna ⁊ sic intelligendum est in car-
bunculo antrace ⁊ alijs pustulis nō vlceratis
cuius compositio est talis secundum Auicen-
nam sumantur granata acetosa cum cortice ⁊
scindant̄ ⁊ decoquātur in aceto donec possint
pistari fortiter ⁊ liniantur ⁊ fiat emplastrum ⁊
applicetur supra locum apostematis vel pustu
larum est enim valde conueniens ⁊ per me pluries
expertum. sed Guido de cauliaco ponit aliam
compositionem dicēs emplastrum de duabus
granatis cum aceto vel cum aqua acetosa fiat
linimentum idest emplastrum Creditur a me
q̄ ipse intellexit quando dicit emplastrum de
duabus granatis scilicet granatis dulcibus ⁊
acris vt inter se mixtis adueniat temperata ace-
tositas ⁊ non fortissima acredo ⁊ creditur q̄
in regione Guidonis debebant esse granata
acria cum fortissima acredine que nocumētum
maximū prestarent ratione fortioris repercussi
onis materierum ad intra Ideo Auicenna di-
cit granata acetosa ⁊ non acria qualia sunt gra
nata acetosa in nostra ciuitate valētina que in
ter dulcedinē ⁊ acetositatem sunt temperata post
vero remissam furiositatem materie apostema-
tis Auicenna ponit emplastrū ad maturandū
⁊ rumpendum apostema cuius compositio est
talis. R. ficuū pinguiū vuarū passarū sine gra-
nis. an. p. 6. nucum recētum quartā partem pu
gilli coquantur cū vino bono vt decet ⁊ cum
farina ordei cernita fiat emplastrum. Post ve

ro carbunculi: ꝛ aliaꝝ pustulaꝝ dictaꝝ matu-
rationem scilicet eruptionem vlcerant ꝛ Aui-
cēna prosequit curam qñ pustule sunt vlcera-
te in illo paraffo capituli de cura prune ꝛ ig-
nis psici vbi inquit in illo vero quod de eo est
vlceratum hic ponit curam prune ꝛ ignis per-
sici ꝛ etiā pustularum quando sunt vlcerate
Secundo ꝓhibere docet vlcerationem ne am-
bulet in partes circumstātes. in pustula eni vl-
cerata necessariū est id quod fortiter desiccet
ꝛ postea dicit Aui. ꝛ nō administres exsiccātia
quātum poteris qm̄ ipa addunt in malitia egri-
tudinis attēdere debeꝛis ꝙ ipe Aui. videt esse
ꝯtrarius sibi ipsi ad h̄ dubiū dicendum ē ꝙ qñ
Aui. dixit non administres exsicātia q̄ntū pote-
ris itellexit ꝙ nō administres exsiccātia in vlti-
mo ꝛ quādo dixit Auicēna ꝙ necessarium est
ꝙ fortiter exsiccent intellexit respectu illius ꝙ
ponit in illis non vlceratis vnde in pruna ꝛ in
igne psico ꝛ in similibus postulis vlceratis de-
bent administrari fortiter exsiccātia sed nō quā-
tū potes scilicet nō exsiccātia i vltimo ꝗa licet
cōueniant ex ꝑte vlceris ꝛ virulentia q̄ eicit
tamen nō cōueniunt ex ꝑte materie que grossa
est quia in materia grossa nō debēt administra-
ri exsiccātia nimis fortia ꝗa statim resoluūt sub-
tile ꝛ derelinquunt grossum ideoqꝫ reddit mate-
ria nimis inobediēs resolutioni. facta vero vl-
ceratione in ipsis pustulis vt ne illa vlceratio
perambulet in malicia oportet remouere cali-
ditatem ꝛ adustionem in locis circumstantibꝰ
ꝛ illud fit cum bolo armeno cum aqua rosata
ꝛ aceto scilicet ponendo ea in circuitu vlceris
sed desuper ponātur medicine vlceris mundifi-
catiue vtiqꝫ cum succo apij melle ꝛ farina coc-
tis ꝛ misce ad modum vnguēti ꝛ dicitur mun-
dificatiuum apij sed ante appositiōez istius vn-
guenti lauetur vlcus ꝛ mundificetur cum suc-
co apij mixto cū melle rosato colato ꝛ in fine
cum emplastro diaquilonis ꝯmuni consolidet
vl cū vnguēto litargiri vel alijs vnguentis vl
emplastris ad talis vlceris speciem precise pre-
ualentibus Si vero locus vlceris malingnet
ꝛ corrumpatur circumquaqꝫ scarificetur ꝛ cū
aqua salita lauetur ꝛ vlcus cum trociscis cali-
don dissolutis in vino bono desiccet vel cum
vnguento egipciaco ꝛ vlcus cum vnguento

de apio cum butiro mundificetur sed de hīs
amplius non intendimus plura medicinalia di-
cere quia nunc in capitulo de antrace ꝛ histio-
meno vlteriorem modum curandi scribemus

Capitulum quinquagesimumoctauum in
quo ostendere volumus quid per antra-
cem intelligere debeamus ꝛ que eius sig-
na sint ꝛ que cura ꝓsequenda ꝛ adminis-
tranda sit precipue pestilentie tempore

OStensione facta de essentia car-
bunculi ꝛ de ipius signis ꝛ cura
nunc autem dicendum est de es-
sentia antracis ꝛ de signis ꝛ cu-
ra ipsius ad declarandum quid
sit antrax. necessarium est ostendere differenti-
am inter carbunculum ꝛ antracē. Antrax autē
efficit a materia magis venenosa q̄ carbuncu-
lus nō enim differens est nisi fm magis ꝛ mi-
nus ꝗa antrax nil aliud ē nisi carbunculus ma-
lignatus. materia nāqꝫ ātracis ē sanguis gros-
sus ebuliens tm̄ qui ꝓpter suā ebulitōem ade-
ptꝰ ē venenositatē. ꝛ nōiat a vulgo bubo p an-
tifrasim ꝗa pessima et piculosissima et deriuat
ab antra ꝙ est cor ꝗa semp appetit cor ut dix-
it Guido. ꝓpterea aliq dixerunt ꝙ dr̄ carbun-
culus ꝗa carboni assimilat ut in pluribus. ꝛ dr̄
antrax ꝗa interiora querit ut cor. Signa vero
antracis sunt signa carbunculi augmētata. naꝫ
puitas forme ad modum ciceris est cum rube-
dine fusca vel cum citrinitate tendente ad ni-
gredinē ꝛ cum duricie tenebrosa incendio ꝛ a-
cuitate pmaxima ꝛ cum varia venaꝝ in circui-
tu coloratione ad modum Iridis ꝛ in circuitu
vesicatio ꝛ velociter augmētat ꝛ cum magnis
ꝛ intollerabilibus angustijs ꝛ cum ꝓstratione
appetitus cum vomitu ꝛ sompno profundo ꝛ
cordis pulsu ꝛ eius submersione ꝛ casum vir-
tutis ex eo ꝗa est de materia venenosa pestilen-
ciali ꝛ cōtagiosa. Ideoqꝫ ut plurimum accidit
in tpe pestilēciali; deterius autē antrax eoꝝ est
ꝙ accidit in emunctorijs ꝛ cōcauitatibus mē-
broꝝ pncipalium sicut dicit Auic. de igne psi-
co ꝛ pruna que quasi idem sunt ꝗa nō differūt
nisi fm magis ꝛ minus ideo timendum est de
reditu materie ad mēbra pncipalia p̄cipue ad
cor. omis enī mala pustula ut ignis psicus vl
pruna siue carbunculus p̄cipue antrax ꝗa eius

materia acqsiuit magis de venenositate pmaxi
me in tpe pestilēciali cū accidētibus malis que
postq̄ꝫ apparuit retrocedit indicatur mortalis
Cura quidem antracis .iiij. habet intentiones
sicut carbunculi ignis psici ⁊ prune cura ergo
antracis est cum vite ipi⁹ ordinatio ꝯpletur de
vita administratiōe sex rex nō naturalium cum
suis ānexis secundum formā datā in carbuncu
lo nisi qa in antrace oportet ꝙ dieta declinet
magis ad subtilitatē ⁊ tenuitatem infrigidatio
nem ⁊ humectaciōez pmaxime si ad ipsos an-
traces sequaẽ febris ⁊ tunc subtrahantur vinū
⁊ carnes ⁊ vtātur ptisana ordeacea vel lacte a
migdalaꝝ vl̄ brodio pulli parui etiāqꝫ farro or
dei bene cocti ⁊ colato cum lacte amigdalaꝝ
vel cū brodio pulli parui alterato cum agresta
⁊ vti possunt lactucis cū aceto ⁊ rebus aceto
sis Abstineāt qꝫ a cibis grossis vsqꝫ ad quartū
diem Si vero febris antecedit antracem dietē
tur ⁊ regantur in sex rebus nō naturalibus si-
cuti habentes febrem pestilētialem qa vt pluri
mū antraces generātur in tpe pestilentiali Se-
cunda ⁊ tertia intentio complēda est sicut dic
tum fuit de cura carbūculi sed in antrace vero
maior debet esse intentio in administratiōe me
dicinaꝝ cordialiū qa materia antracis magis
effecta est venenosa post hec tres intentiones
Quarta intentio est de qua medicus valde sol
licitus esse debet in antrace q̄ꝫ in carbūculo p̄-
mo ne materia eius retrocedat secundo ne faci
lime ptrāseat in scaquillū cancrenam ⁊ sthiome
nū ppterea succurrendū est in pncipio ātracis
cū emplastris dictis in carbūculo scilicet cum
emplastro de arnoglossa vel emplastro de gra
natis coctis in aceto verūtamen in circuitu an
tracis reponaẽ bolū armenum cum aqua rosa-
ta ⁊ aceto modico sepe balneatur dictus locus
qa hoc linimētum defendit ptem sanam ne cor
rūpatur ⁊ multa alia linimenta doctores faci-
unt ⁊ apponūt in circuitu apostematis ātracis
⁊ aliīs pustulis malignis sed melius vnguētū
est istud de bolo armeno dicto est enim valde
vtile quia nō facit materiā venenosam ad cor
retrocedere ex eo quia bolum armenū applica
tum interius ⁊ exteri⁹ valet cōtra febres pesti
lentiales ppterea Auicēna inqt bolum arme-
nū cōfert febribus pestilētialibus bibitum ⁊ li-

nitum qa spirit⁹ cōfortādo ipos multiplicat ⁊
auget etiāqꝫ bolum armenū ex forma q̄dā spe
cifica cōtrariaẽ morbo pestilentiali vt Alqua
faqui ⁊ aliī doctores hoc ꝯfirmāt Attensione
ergo dignū est ꝙ istud apostema antrax dupli
citer terminaẽ scilcet ad erupcionē in circuitu
aliquā vesicationem faciēs emittensqꝫ sorditiē
viscosam ac si essent radices q̄dā tūc est signū
eruptionis talis antracis ⁊ tunc sunt adminis-
tranda emplastra ordinata a diuersis doctori-
bus adiuuātia ⁊ cōferentia a ppetate ad rum-
pendum illud apostema ⁊ extrahendū radices
ei⁹ quia nūq̄ꝫ tales antraces ad veram saniem
deueniunt Doctores enim p experientiā inue
nerunt ꝙ stante antrace in tali dispositione cū
signis eruptiōis ad extrahēdum radicē vl̄ radi
ces ei⁹ ⁊ ne ptrāseat in deteriorem maliciā scili
cet in cancrenam ⁊ sthiomenū sunt multa medi-
cinalia expimenta primū experimentū est Gui
donis de caulraco ꝙ cōsolida maior inter du-
os lapides cōtrita diuino quodā miraculo an
tracem liberat ⁊ interficit ex toto infra vni⁹ di
ei spatium taliter ꝙ postea non indiget nisi ali-
orꝫ vlcerꝫ cura ⁊ nō solū hoc facit cōsolida ma-
ior que est simphitū sed cōsolida minor que est
sempuiua que apud guordoniū in ca. de cura
tione erisipile ⁊ antracis ⁊ē inquit si accipiaẽ-
bruneta idest consolida minor si teratur ⁊ desu-
per apostema applicetur valet ante ⁊ post ad
rumpendum talia apostemata Idem om̄s spe
cies cōsolidaꝝ habēt illā ppietatem ⁊ hoc cō
firmat Matheus siluatic⁹ in pandecta simplici
um medicinaꝝ in ca. de simphito inquiēs sunt
enim ille ambe species cōsolide eiusdem virtu-
tis Consolida secundū plinium auctoritate ⁊
opinione multoꝝ auctoꝝ diuino quodam mi-
raculo curat ⁊ rumpit antracem intra duos la
pides cōtrita Similiterqꝫ ille petrus de argilla
ta scribit de cōsolida maiori ⁊ minori ppetatē
interficiēdi antracem Nostri igiẽ antiquissimi
peritissimiqꝫ medici ⁊ cirurgici nostre ciuitatis
valentine semperuiuam consolidam minorem
nominant ⁊ experti sunt habere veram ⁊ cer-
tam experienciam interficiendi a proprietate
antracē sed sub hac forma admistrāt Accipiūt
folia sempuiue ⁊ in mortario lapideo fortiẽ pis-
tāt ⁊ extrahūt succū postea iterꝝ ⁊ iterꝝ pistant

extrahẽdo succum vt sola terrestreitas ipoꝝ foliorꝫ sempviue remaneat ⁊ post accipiunt fermentum bene acetosum in equali quãtitate ad dicta folioꝝ sempviue pistã ⁊ post in mortario dicto lapideo pistãt fortiť simul vt ad vnã q̃si formã pmiscẽdo pueniãt ⁊ post imponať vnũ vitellum oui recẽtis taliter vt nõ remaneat illa pasta liqda ⁊ si remaneret multum liquida tũc pone paꝝ de farina frumẽti cernita vt pueniat ad aliqualem spissitudinem ⁊ illico nõ vti debens ipo vnguẽto nisi trãsiuerint due vel tres hore vt illa omnia fermẽtenť ista enim compositio vnguenti est valde mirabilis opationis ⁊ rumpit ⁊ interficit antracem diuino quodã miraculo. ⁊ q̃uis sempuiua a ꝓpetate rũpat antracẽ similiterq; fermentum mirabilem opationem habet attrahendo materias ꝓfundas ad exteriora de apostematũ mẽbro ⁊ resoluit vt inqt Aui. ij. canone. ca. de fermẽto Istud cõfirmat fen. iiij. quarti tractatu. iij. ca. iij. de medicinis vulneꝝ neruoꝝ ⁊ vlcerum ipoꝝ dicẽs fortasse non reperitur in principijs vulnerum nisi fermentum ⁊ administratur ⁊ confert eis ⁊ attrahit ex ꝓfundo attractione bona Vitellũ autem oui galline remouet aliqualem stipticitatẽ sempuiue ⁊ remollit ⁊ aperit apostema carbũculi ⁊ antracis Et quando videbis ꝙ antrax est mortificatus ⁊ interfectus in circumferẽtijs ipius antracis cuius signum est quãdo causabitur circulus inter partem sanã ⁊ partem corruptam tunc debes ponere de sup putrifactiua vtiq; emplastrum quod ponit Auicenna de ficubus vua passa ⁊ nucibus ⁊ farina ordei coctis cũ vino ⁊ valet ad maturãdum ⁊ rũpendũ vt dicit guido ꝙ est valde bonũ Sed ego quãdo tale signũ apparebat scilicet circulationis ponebã istud emplastrũ. ℞. vuaꝝ passaꝝ bene pinguiũ sine granis ⁊ fortiter pistataꝝ cũ equali quantitate fermenti acris ⁊ paꝝ de ansugia galline recentis ⁊ paꝝ de vitello oui ⁊ totum misceatur in simul ponatur supra antracem est valde vtile ⁊ singulare emplastrum in extrahẽdo radicem vel radices antracis ⁊ multociens ego posui scabiosam viridem pistatam cum fermento ⁊ passulis ⁊ paꝝ vitelli oui est enim mirabile emplastrum ad rumpendũ antracem ⁊ extrahit a ꝓfundo materiam venenosam ⁊ radices apostematis nam secundũ guidonem ꝙ quatuor magistri generalisant de scabiosa verbum notabile ꝙ scabiosa in potu sumpta cũ vino vel commesta interiora apostemata ad exteriora conuertit ea insensibiliter resoluit Sed Geraldus de solo in. ca. de spasmo inqt scabiosa cõquassata cum vitello oui valet a ꝓpetate spasmo ex morsu reptilium ⁊ si ex dolore remouet dolorẽ cõfirmat hoc Matheus silmaticus in sua pandecta simplicium medicinaꝝ quod Urbanus vtebatur ea ꝓ regimine sanitatis vt in versibus dixit ꝓpetates scabiose dicẽs Urbanus ꝓ se nescit pciũ scabiose Nam purgat pectus quod comprimit egra senect9 Lenit pulmonem purgatq; laterum regionẽ Apostema frãgit si locum linita tãgit. Tribus vncia foris antracem liberat horis Uerũtamen aliqui in principio carbũculi ⁊ antracis imponũt vitellũ oui cum sale sufficiẽti sup ipa apostemata mortificat carbunculum ⁊ antracem vt thedericus ⁊ oms cirogici ⁊ Guido ⁊ alij affirmant Aliud vnguentũ magistri de argilata Vitellũ oui cũ sale trito ⁊ cũ puluere cõsolide maioris ducendo bene in mortario lapideo ad formã vnguẽti est valde iuuatiuũ ⁊ singulare ⁊ ego nõ pmitto ponere istud vnguẽtum de ouo ⁊ sale quãdo antrax facit signũ eruptionis demõstratiuũ ostendẽs radicem vel radices sed quãdo in antrace est signũ supflue exsiccatiõis ⁊ mortificationis tendẽs ad faciendã cancrenã tunc bonũ est ponere illa vnguẽta dicta de ouo cũ sale ⁊ facta mortificatione cũ pdictis emplastris ⁊ vnguẽtis pficias curã si videris aũt tale apostema in pte sana maiorem vesiccationem ⁊ mortificationẽ fieri tunc est remedium singulare scarificationẽ facere ⁊ lauare locum cum aqua salita calida vt sanguis grossus exeat ⁊ post iterato poteris ponere de vitello oui cum sale addito paꝝ de fermẽto ⁊ si Amplius mortificatio pambulet tunc ꝓcedendũ erit cura cancrene ⁊ bestiomeni De cura vero ⁊ modo crãcrene inferius scribem9 in capi. proprio Aliqui cirogici alium modum demõstrãt vt antrax vlterius ad cancrenã ⁊ bestiomenum nõ perueniat nam ipi cauterisant antracem cum medicina caustica scilicet cũ trocistis calidicon aut aldaron vl' afrodilloꝝ sed secundũ Gui. sublimius

causticum est arcenicum sublimatum purū aut
correctum in puluere cum vino cum bōbase
desuper apostema antracis ponere scilicet iter
sanuz ⁊ corruptum Facit etenim sistere egritu
dinem istam incōtinenti postea eicit procuret
ergo remouere scarā cum butiro ⁊ alio vnctu
oso ⁊ postq̄ᵹ ceciderit scara purificetur locus
aponendo tale emplastrum guilerini de cile-
ceto. ℞. mellis vncias tres vitellorum ouorū
crudoꝝ numero duo farine ordei parum misce
ad modum vnguenti vt melior mundificatio
fiat addatur huic vnguento. ʒ. ij. mirre electe
Alij autem cirurgici aliam viam ⁊ modum cu
rationis tenuerūt Stante aūt antrace in dispo
sitione ⁊ via cancrene ⁊ corruptionis cauteri-
sant apostema cum cauterio actuali pforando
totum corruptū vsqᵹ ad partem sanam ⁊ poste
a laborant remouere scaram cum hijs q̄ dicta
sunt superius ⁊ postea purificant vlcus ⁊ ipm
incarnando curant ⁊ est singularis ⁊ melior ⁊
securior modus curationis q̄ᵹ cum medicina
cuastica Sed in veritate illi qui administrāt ta
le dictum cauteriū actuale existente apostema
te in simili dispositione mirabile opus faciūt ⁊
sanitatem vt plurimum omnes assecuti sunt ⁊
ego pluribus ⁊ multis vicibus in antrace ipso
tendente in viam corruptionis vidi cirurgicos
in arte perfectissimos exercere hanc operatio-
nem cauterij actualis ⁊ per me exercitatum fu
it ⁊ quasi omnes assecuti sunt sanitatem ⁊ est
admirabilis ⁊ miraculosa operatio quia ex hoc
cauterio actuali administrato amplius nō cor-
rumpitur membrum apostematum ex antrace
Ex hijs superius dictis curam antracis perfec
tissime exercere poteris

Capitulum quinquagesimumnonum in
quo intendimus declarare de causis can-
crene escaquillos ⁊ estiomeni euenienti-
bus tempore pestis siue non etiamqᵹ de
differentia inter ipsos

Quia superius locuti fuimus de
quibusdam speciebus apostema
tum calidoꝝ scilicet igne persico
pruna carbunculo ⁊ antrace ve-
rumtamen quia ad predicta apo
stemata aliquando secuntur cancrena escaquil
los ⁊ estiomenos idcirco de ipsis est tractādū
⁊ primo de eis loquemur theorice Secundo
differentiā assignabimus inter cancrenā sca-
quillos ⁊ estiomenum Tertio practice curam
ipsorum describemus Theorice autem de can
crena scaquillos ⁊ estiomeno dicendum ꝙ illa
causantur quādoqᵹ ex predictis apostematibꝰ
⁊ pustulis videlicet ex igne persico pruna car
būculo ⁊ antrace quia ipsa sunt maxime in via
putrefactionis ⁊ corruptionis membri propte
rea bene dixit Guido ꝙ licet ꝓprie nō sint pu
stule sunt tamen effectus pustularum quia can
crena scaqllos ⁊ estiomenus sunt vlcera ⁊ nō
apostemata determinationem igitur ipoꝝ spec
tabimus pocius ad tractatum de vlceribus q̄ᵹ
ad istum tractatum sed ista in hoc ꝓportionāt
quodāmodo predictis apostematibus qa cau-
santur ⁊ secūtur apostemata ⁊ pustulas malas
corrosiuas propterea dicit Auicenna in capitu
lo de estiomeno Sermo de hijs rebus est pro
porcionalis quodāmodo idest habet similitu-
dinem in hoc cum sermone predictoꝝ aposte-
matum sed q̄ᵹuis cancrena ⁊ scaquillus ⁊ esti
omenus possint causari a fleumonide magis
tamen ab illis pustulis malignis dictis causant
etiamqᵹ dicere possumus ꝙ ignis persicus ⁊
pruna differunt secundū magis ⁊ minus itaqᵹ
cancrena scaquillos ⁊ estiomenus differunt se
cundum magis ⁊ minus Circa istam partem
theoricam intelligendum est quid sit cancrena
⁊ quid scaquillos quid estiomenꝰ Ad hoc de-
clarandum attensione dignum est vt dicit Aui
cenna ꝙ membrū tribus modis putrisit ⁊ cor-
rumpitur vno modo ꝓpter corruptionem cō-
plexionis membri particularis Alio modo ra
tione ꝓhibitōis aduentus spūs ad membrum
tercio modo ratione vtriusqᵹ Primo modo
quādo membrū nō potest recipere vitam sibi a
corde delegatā ꝓpter dissipationem complexi
onis ⁊ armonie eiꝰ causatā a nimia frigiditate
vt in ieme valida aut ab excellēti caliditate aut
a pustulaꝝ malignaꝝ venenositate accidente
aut infirmatiōe idest curatiōe apostematum in
docta Secūdo modo qa in mēbro recepto vi-
ta suffocat vt i malignis apostēatibꝰ qa ita ob
turat venas ⁊ poros ꝙ spūs currens suffocat

Tertio modo qa vita nō potest venire a corde
ad mēbra ꝓpter ligiturā aut cōḡstatiōꝫ factam
in via Et racio primi est quia cū membrū opa
tur vt viuat ratione caloris ⁊ complexionis
proprie ipsius ⁊ ratione virtutum ⁊ caloris in
fluētium ibi per spiritum a corde Ideo si cor
rumpitur complexio propria membri membrū
tendit ad mortem. Amplius si corrūpitur cō-
plexio propria membri tunc membrum reddit
ineptum ad receptionē virtutum anime ⁊ spiri
tum deferentum tales virtutes etiamqꝫ corrū
pitur spiritus veniēs ad eum idcirco redditur
ineptus ad receptionem virtutum anime ideo
tendit membrum ad putrifactionem ⁊ corrup-
tionem ⁊ ad mortem ratio autem secundi mo-
di est cum oppilatio causa putrifactionis mē-
bri est quia dato ꝙ complexio membri ipsius
propria non sit corrupta tamen quia prohibet
spiritus deferens virtutes ad ipsum sine qui-
bus membrū nō potest operari ⁊ viuere ideo
propter hoc membrum tendit ad corruptionē
⁊ moritur quia complexio membri consistit in
quodam armonia ⁊ proporcione calidi frigidi
humidi ⁊ sicci etiamqꝫ membrum corrumpitur
⁊ moritur quando ea que cum sua substantia
contraria spiritui animali idest sunt contraria
a forma specifica sicut est nappellus qui cōtra-
riatur a forma specifica ipsi homini Ex hiis du
abus rationibus appet ratio tertij nā si mem-
brum putrescit ⁊ corrumpitur propter alterum
istorum multo fortius propter ambo Ideoqꝫ
textus Auicenna bene dixit cuꝫ inquit dico er
go ꝙ membro accidit corruptio ⁊ putrifactio
propter causam corrumpentem complexioneꝫ
eius ⁊ spiritum animalē qui est in ipso aut ꝑp
ter aliquit prehibens eum peruenire ad ipsum
aut propter aliquit congregans vtrasqꝫ inten-
tiones sicut venena calida ⁊ frigida ⁊ ea que
cum sua substātia ꝯtraria sunt spiritui animali
sicut apostemata ⁊ pustule ⁊ vlcera mala am-
bulatiua venenose substantie ⁊ cetera Facta
autem declaratione de causis cancrene scaql-
los ⁊ estiomeni oportet assignare differētiam
inter cacrenam scaquillos ⁊ estiomenum ostē
dendo hoc declarabitur quid est vnūqꝙqꝫ ipso
rum. Prima ergo declaratio erit de cancrena
Secundum intentionem Auicenna nam inqd

ꝙ dē hoc est in principio ⁊ non corrūpitur cuꝫ
eo sensus eius cui est sensus nominatur cācre
na ⁊ proprie qñ est fleumonides in principio ⁊
expone fleumonides .i. apostemata calidū qa
marie causat ex apostēate calido vtiqꝫ ex fleu
mone vl' herisipila ⁊c. hoc enim siue sit racio-
ne malicie apostematis siue ratione erroris me
dici incurando apostema Et notandū ꝙ cācre
na differt a cancro quia cācer est apostema me
lancolicum ⁊c in quo est sensus ⁊ dolor ⁊ pul
satio cancrena vero est quādo apostema vl' ali
quod vlcus tendit incorruptiōeꝫ ⁊ putrifacti
onem membri postea Auicēna demōstrat quid
est scaquillos cum ait ⁊ cū ita cōfirmatum est
vt destruatur sensus eius cuius est sensus ⁊ il-
lud est scilicet ꝙ destruatur caro ⁊ ꝙ ipsam se
quitur vsqꝫ ad os siue sit incipiēs aut succedēs
apostemati nominetur ascaquillos Postea A
uicenna ostendit quid est estiomenus cum in-
quit Cum corruptio eius scilicet mēbri incipit
perambulare in membro idest occupare totum
membrū fortasse peruenit ad corruptionem vi
delicet tocius mēbri ita ꝙ corrumpūtur mem-
bra simplicia ⁊ cōposita tūc dicit totū accidēs
idest tota ista corruptio estiomenus est eni mors
⁊ dissipatio membrorum ⁊ ꝓpt' hoc dicit estiome
nus idest hois hostis cū putrifactiōe ⁊ mollifi
catione ad differētiam luppi ⁊ cancri qui dissi-
pāt membrum cum corrosione ⁊ induratione
herpestiomenus vero vocatur cancrena apud
grecos Unde in de tumoribus preter naturaꝫ
inter maximos fleumones est vocata ⁊ vnum
istorum est via in aliud sicut cancrena est via
in scaquillos ⁊ ascaquillos via in estiomenū
⁊ non differunt nisi secundum magis ⁊ minus
⁊ secundum diuersa tempora nam cancrena
dicitur quando caro incipit corrumpi ⁊ putrifi
eri vnde in cancrena est principium corruptio
nis ⁊ putrifactionis ideo nō est ibi adhuc caro
corrupta ꝙ perdat sensum ideo dicitur cancre
na quasi corrodens quia in ea incipit corrosio
⁊ corruptio sed quando sic procedit vlterius
corruptio in carne vsqꝫ ad os intantum ꝙ de-
struitur sensus carnis tunc dicitur scaquillos
⁊ quando vlterius sic procedit ꝙ comprehen
dit ⁊ perambulat totū membrū ⁊ corrumpitur
ibi caro ⁊ neruus ⁊ os tūc dicitur estiomenus

Capitulum sexagesimum in quo manifestam ⁊ veram curam ostendemus cancrene ascachillos ⁊ estiomeni secundum doctrinam doctorum qui in generali etiamq; in speciali ipsam scripserunt..



Ostensione autem facta de cancrena ascachillos ⁊ estiomeno via theorice ⁊ de differentia inter ipsos: hic demonstrare volumus via pratice curam eorum ponēdo in generali Secundo vero in speciali Primitus igitur cura scribetur in generali que habet tres euidentes intēciones quarum prima est vitam ordinare Secūda est cor confortare ne spiritus ⁊ calor naturalis resoluantur ⁊ destruantur Tertia est materiam antecedētem ⁊ coniunctā adequare ⁊ euacuare: Prima enim intentio consistit in regimine dietandi ⁊ in debita administratione sex rerum non naturaliū Secunda vero intentio stat in confortatione cordis: Tertia intētio erit in adequatione materie antecedentis ⁊ coniuncte ⁊ eius euacuatione cū fleubotomia ⁊ farmacia ⁊ sanguinis mundificatione sicut enarratum fuit in curatione pustularum malignarum pestilentialium ex eo quia proporcionalis est cura dictarum pustularum cancrene ascachillos ⁊ stiomeno q̄a sunt effectus dictarum pustularum vt supius diximus: est etenim ponenda quarta intentio que ostendit curam cācrene ascachillos ⁊ stiomeni in speciali scilicet quando substantia mēbri incipit corrumpi ⁊ putrifieri ⁊ postea cum aliquit iam corruptum ⁊ putrifactum habens etiamq; cum totā substātiam membri esse corruptam ⁊ mortificatam videbis scias tergere ⁊ gubernare secundum necessitatem ⁊ exigentiam dispositionis membri alterati Propterea Auicenna prosequitur primo curam cancrene quando pars carnis incipit corrumpi: secunda curam ascachillos quando videtur tendere in viam maioris corruptionis ⁊ putrifactionis id est quando caro membri est corrupta. Tertio curam estiomeni quando totum membrum est corruputm ⁊ mortificatum videlicet caro neruus ⁊ os Auicenna ergo diuersam facit curā secundum diuersam dispositionem membri alterati Primo incipit ad curam cancrene cum inquit cum ergo vides colorem membri alterari ⁊ est in via putrifactionis tūc oportet vt succurras liniendo ipsum cum eo quod prohibeat putrifactionem sicut est bolum armenum ⁊ terra sigillata cum aceto dicit ergo Auicēna cum vides colorem membri alterari idest denigrari ⁊ est in via putrifactionis idest cācrenationis oportet vt succurras liniendo supple in circuitu cum bolo armeno ⁊ terra sigillata cū aceto ⁊c̄ sed istud medicamen dictum de bolo armeno sepe remouetur super membrum hoc est ratione ne opiletur ⁊ exsiccetur locus Postea subdit Auicenna si autem illud non valet idest non sufficit nō inuenis excusationē quin scarpellationem profundam facias diuersorum modorum in locis diuersorū locorū quia secundū diuersa loca debet fieri scarpellatio diuersimodi quia in membro carnoso potest fieri profundior scarpellatio q̄ȝ in neruoso vel pones sanguisugas ⁊ fleubothomes vt venas propinquas loci infirmi proximas aperias ⁊ locū post scarpellationem vel sanguisugas cum aqua salita laues vt sanguis grossus exeat ⁊ non congeletur in circuitu debet poni medicamen repercussiuum ut prohibeat corruptionem ⁊ putrifactionem peruenire ad partes sanas sicut dictum est de bolo armeno ⁊ terra sigillata cum aqua rosata ⁊ aceto. sed super locum scarpellatuȝ debet poni medicamen resolutiuū et aperitiuum cum forti abstersione ⁊ forti exsiccatione sicut cum farina orobi ⁊ fabarum cum sirupo acetoso mixtis Si autē volumus fortiter desiccare ponemus sal. ideo dicit Auicen. ⁊ proprie permixta cū sale quia sal fortiter desiccat Guido autem dicit q facta scarpellatione ante appositionem emplastri de farinis de orobo et fabis cū sirupo acetoso q semp bis in die lauet cuȝ aceto forti calido ⁊ postea dicit Auicen. Et de medicinis prohibentibus corrosionem. i. stiomenum vȝ ne cancrena fiat ascachillos vl' stiome-

nus ipse scribit vnum medicamen optimum ⁊
expertum ꝙ facit cadere illud ꝙ putrifactum
est vtiqȝ ꝙ summatur florum eris ⁊ mellis ⁊
aluminis partes equales ⁊ liniatur cum eis
prohibet enim ⁊ facit cadere illud ꝙ putrifac
tum est ⁊ conseruat illud ꝙ sequitur ipsum ⁊
hoc est ratione florum eris ⁊ conseruat a putri
factione carnem sanam ⁊ hoc est ratione alumi
nis ꝙ est prohibitiuum ⁊ fortiter desiccatiuuȝ
⁊ ratione mellis abstergit ⁊ desiccat istud vn-
guentum vocatur a guidone egiptiacum cuiꝰ
ordinatio est in capitulo de stiomeno vnguen
tum egiptiacum ꝙ fit cum flore eris a lumine
melle ⁊ aceto equaliter mixtis ⁊ coctis de sup
apponatur ⁊c̄. in ista recepta guidonis ponitur
acetum ⁊ est optima ⁊ bona. Sed in illa Aui.
non ponitur acetum sed melius est ponere ace
tum quia ratione aceti prohibetur corrosio ⁊
putrifactio vt inquit Auicen. ij. canone dicens
acetum prohibet aduentum apostematū ⁊ am
bulationem cancrenarum ⁊ sanat erisipilam cō
mestam ⁊ bibitum ⁊ linitum prohibet ambula-
tionem apostematis omnis ⁊cetera aliam for-
mam vnguenti egipciaci ponit Guido in. vij. li
bro cap. de medicinis mundificatiuis auctorita
te Galieni rasis ⁊ Albucasis cuius recepta est
talis. R. mellis lib. i. aceti lib. ſ. flor̄ eris vnciā
i. aluminis vnciā. ſ. coquant̄ ad ignē donec in
spissentur ⁊ rubeū efficiatur ꝓpter ꝙ coctum
est minus suspectum q̄ȝ crudum. sed in veritate
in stiomeno melior ordinatio est ponere equis
partibus qa causat scaram maiorem ⁊ facit ca-
dere ꝙ putrifactū est sed in alijs vlceribus non
habentibus maximam corruptionem ⁊ putrifa
ctionem esset bona vltima ordinatio Guido-
nis ista remittant̄ iudicio medici operantis qa
illa medicina debet applicari secundum diuer-
sam corporis dispositiōem ⁊ morbi quia in ma
iori corruptione debent esse medicine magis
desiccatiue ⁊acuitiores q̄ȝ in minori ⁊ sic in cō
plexione sicca debēt apponi sicciores q̄ȝ in cō-
plexione humida. Deinceps vero post curam
cancrene prosequit̄ cura ascachillos quādo tē
dit in maiorem corruptionem ⁊ putrifactioneȝ
idest quando caro membri est corrupta. prop-
terea dicit Auicen. ponendo curā ascachillos
Si autem pertransit dispositio dispositiōem a-

postematis ⁊ dispositōm corruptionis coloris
eius ⁊ incipit peruenire in molliciem ⁊ humec
tatur parumper tūc hoc est inceptio eius in pu
trifactōem quare oportet ut puluerisentur sup
ipm aristologia rotūda ⁊ galle equali mensu-
ra donec desiccētur ⁊ similiter dragagantū eri
amqȝ colcotar sunt bona proprie cum aceto ⁊c̄
Auicen. vero hic ponit medicinas magis acu-
tas ⁊ minus acutas ⁊ desiccatiuas secundum
diuersam dispositionem corporis ⁊ morbi. Ve
rūtamen in toto tempore meo quo medicinaȝ
exercitatus sum nunq̄ȝ vidi applicare in dispo-
sitione corruptionis membri peruenientis ad
molliciem istas medicinas nūc dictas quia me
lior operatio ⁊ magis certa ⁊ secura est caute-
rizare molliciem corruptionem ⁊ putrifactiōm
cum cauterio actuali aut cum medicina causti-
ca ⁊ separare corruptum a sano sicut superius
diximus. Propter hoc subdit Auicen. dicens
si pars carnis incipit corrūpi incide eam ⁊ fac
eā cadere cū eis que sunt trocisti audācaron ⁊
fortius eis ē calcadicō ⁊c̄. ut supius scripsimꝰ
Postea autem Auicenna inquit ⁊ cum appa
ret putrifactio scilicet in principio nō expelles
idest non remoueas illam putrifactionē ⁊ mol
liciem cum incisione ⁊ consumptione idest cau
sticatione cum medicinis dinus vero quatuor
expositiōes in huiu modi textu facit prima est
ꝙ si sit putrifactio pauca ⁊ in principio si pōt
remoueri cum medicinis desiccatiuis predic-
tis non debet remoueri cum incisione ⁊causti
catione quia per illa magnificatur maluȝ eo ꝙ
per illa fit dolor ⁊ dolor est causa attractionis
humorum ad locum apostematis idcirco dicit
Galienꝰ in libro de ingenio. sanitatis Caue do
lorem quantum potes quoniam nihil est cau-
sa apostematis sicut dolor Secunda expositio
dini est quia iam dixit ꝙ si pars carnis incipit
corrumpi incide eam aut fac eam cadere cum
eis vnde per hoc voluit ꝙ si caro putrefiat ⁊
corrumpatur ꝙ incidatur vel remoueatur cuȝ
medicina caustica. Tertia expositio dini est
nam cum apparet putrifactio non expellas cū
incisione ⁊ consumptione idest incisione ⁊ cau
sticatione simul sed solū fac cū vno scilicet cum
incisione vel cū medicina caustica nā si tu facis
cum istis ambobus tunc magnificatur malum

quare fit magnus dolor ꝙ est malum. quarta
expositio diui est ⁊ cũ apparet putrifactio non
expellas cũ incisiõe ⁊ ↄsumptõe. i. nõ expellas
cũ incisione ⁊ consumptione solũ illius partis
sed incide totum membrum sicut dicetur infra
ideo notanter dicit in hoc paraffo ⁊ cum appa
ret putrifactio ⁊c. quoniam magnificatur ma
luz. i. ambulat semp malicia eius egritudinis si
membrũ nõ ex toto incidit̃ postea vero Auicẽ
na cõcludit innuens ⁊ cum inciditur membrũ
idest quando membrum est totaliter putrifac-
tum ⁊ estiomenatum vel non est adhuc totum
corruptum sed semper in putrifactionem ⁊ cor
ruptionem tendit tunc incidatur in iunctura si
ibi est putrifactio vel iuxta sanum ⁊ post inci-
sionem cauterizetur illud cum igne aut cum
medicinis cauterizantibus. est ergo necessariũ
incidere membrum quia putredo non cessat ⁊
timetur ne corruptio ad alia mẽbra vadat ⁊ si
remaneret ibi os ꝙ indigeat seccione tũc cum
serra serretur quia non nasceretur ibi caro nisi
os adequaretur cum carne: ⁊ notandum est ꝙ
melius est cauterizare post incisionem cũ igne
ꝙ̃ cum medicina caustica quia est securius ⁊
velocioris iuuamenti vt dicit albucasis capitu
lo de cancrenis ⁊ ratio huius est quoniã ignis
est simplex cuius accio nõ peruenit nisi ad mẽ
brũ ꝙ cautirizatur ⁊ nõ nocet mẽbro coniunc
to cum eo nisi nocumento modico.

Capitulum sexagesimum primum in quo
fiet ostensio de cibatione illorum qui paciũ
tur febrem pestilentialem cum apostemati
bus ⁊ pustulis malignis cum ipsa concur
rentibus vel sine ipsis apostematibus fe-
bre pestilentiali manente.



Completa declaratione theori-
ce ⁊ pratice de apostematibus
⁊ pustulis vt plurimum eueniẽ
tibus in febre pestilentiali vtiqꝫ
bubone carbũculo antrace ⁊c.
Nunc in presenti capitulo est dicendum de or
dine cibandi ⁊ dietandi febrem pestilentialem
pacientibus cum apostematibus ⁊ pustulis iã
dictis vel sine istis apostematibus ⁊ pustulis
febre pestilentiali existente Ad hoc declarãdũ
attensione dignuz est ꝙ regimen cibacionis in
febribus putridis potest attendi penes tres cõ
ditiones vt Auicẽna innuit prima quarti capi.
de cibatione febrium putridarum prima condi
tio ꝙ non cibantur pacientes febrem putridã
existentibus fecibus siccis in intestinis ⁊ causa
est quia fex ⁊ eius vapores possunt esse causa
corruptionis cibi Secunda conditio est ꝙ nõ
cibentur in hora paroxismi in febribus inter-
polatis vt Ipocras inquit in paroxismis ⁊ ce-
tera ideo postponitur ad declinationem sicut
facit Ipocras. primo regiminis acutorum in fi
ne cum dixit. Et in eo est post ipsum ⁊ cetera.
quia quando potest elongari a febris forti-
tudine ⁊ declinare cibum versus horam quie
tis fac: quot horis ãte paroxismum debemus
cibare hoc enim indicium est estimatiuum ⁊ di
uersificatur secũdũ febres: in flecmaticis enim
longius cibare debemus a principio paroxismi
⁊ in quartana ꝙ̃ in terciana Similiterqꝫ diuer
sificatur secundũ cibaria tarde vel cito digesti
bilia ⁊ apta inflammationi vel inepta ⁊ diuersi
ficat̃ secundũ corpora fortiora ⁊ debiliora indi
gestiua stomaci ⁊ secũdum alia ideo auctores
multum sunt diuersi inter se in mensura tempo
ris cibi ante paroximũ ⁊ illorũ diuersitas non
est contradictio sed est diuersum iuditium esti
matiuum post vero Auicenna distinguit regi-
men cibationis in subtile valde ⁊ grossum val
de ⁊ medium inter subtile ⁊ grossum: ⁊ quam
libet speciem declarat Uerumtamen subtile vl
timum in subtilitate est ꝓhibitio cibi ⁊ grossuz
valde est administratio ciborum sanorum ho-
minum Et illi qui sequuntur latus diete subti
lis ꝙ est medium vt sit contentus in cibo suc-
corum granatorum ⁊ iulcb subtile ⁊ post ipsuz
aqua ordei subtilis ⁊ post ipsum aq̃ ordei gros
sa: ⁊ illi qui sunt ad latus grossi sunt galli ⁊ gal
line ⁊ extremitates ⁊ subtiliores eis sunt alcu-
bugi ⁊ pulli ⁊c. ⁊ sic Auicenna procedit decla
rando has species diete Hic mouẽt doctores
vnam questionem an sit dare aliquam febrem
in qua nullus cibus omnino competat: ⁊ vide
tur ꝙ non nam Ipocras primo regiminis acu
torum dicit Caue ne in vna die venas exaniri
permittas Item in febre dandum est quod va
let contra febrem sed talis est dieta humida in
ↄtrarium est Aui. ⁊ Ipo. primo amphorismorum

Dicendum est ꝙ reperitur febris ꝑacuta que
terminatᷣ in tertia die vt in terciana vniꝰ parox
ismi qn̄ virtus fortis ⁊ alia consentiunt cōpetit
dieta subtilis non licet hic prolongare hāc du-
bitationem quia eam inuenies declaratam pri-
mo regiminis acutorum commēto vicesimo ⁊
primo amphorismoꝝ quare hic supraceo Pos
tea Auicenna in dicto capitulo dat ordinem ci
bationis magis in speciali primo ergo diuersifi
cat dietam vel cibacionem secundum tempora
anni Secundo secundum species egritudinis
Tertio secundum diuersam dispositionem vir-
tutis Quarto secundum complexionem Quin
to scd̄m etates nolumus ergo ꝓlongare sermo
nes in hijs. nā legēdo Aui. in c. de cibatōe febri
citantiū in generali omnia erūt tibi clara Pro
nunc accipiatur solummodo tercia species di-
ete que attenditur secundum diuersam disposi
tionem virtutis. veruntamen quia in febre pe-
stilentiali semper sequitur defectus virtutis vi
talis ideo debemus cibari dieta declinante ad
gradum grosse diete ut virtus nō deficiat nam
cum deficit virtus non valet curatio. Curans
enim sicut sciuisti est virtus non medicus. quo
niam medicus facit venire instrumenta ad vir-
tutem ut Auicen. in canone allegato ⁊ quāuis
in febre pestilētiali omnia tempora excepta de
clinatione salubri quasi est status quia acciden
tia terribilia vltimantur ratione huius deberet
dari dieta subtilis sed quia in febre pestilentiali
sequitur debilitas virtutis ⁊ ꝓstratio eius hac
de causa est danda dieta declinans ad gradum
grosse diete ⁊ ratio est nam cum potissima intē
tio in custodienda vita sumatur a virtute vita
li que primo procedit a corde. cor enim est fun
damentum virtutis anime omniumqꝫ virtutuꝫ
prima radix ⁊ est fons spiritus qui est radix et
substantia vite organum ⁊ vehiculum omniuꝫ
virtutum principalium nec non innati caloris
cuius vigore complexio consistit in esse ⁊ cor-
pus totum ⁊ omnia membra subsistunt ⁊ in vi
gore viuifice conseruantᷣ ⁊ eius extinctio mors
est. est enim innatus calor vasis vite per quem
membra recipiunt animam primo deinde sen-
sum ⁊ motum omnesqꝫ virtutes ⁊ operatōnes
vite nec mors cōtingit nisi propter intempera
mentum eius complexiōis ⁊ sic vita deficit ut
dixit Auicēna de viribus cordis ⁊ in fen sexta
primi de virtutibus Ex hijs sequitur ꝙ virtus
est que curat morbos que omnium est opatrix
in tertio tegni in febre autem pestilentiali nō so
lum debemus virtutē potissime cōseruare imo
potius augere nō diminuere quia in febre pesti
lentiali semper dubitatur de virtute ne subito
decumbat quia in illis est cōtinua ⁊ vltima spi-
rituum ⁊ suarum humiditatum consumptio et
de perditio ⁊ caloris innati defectio ⁊ nō mirū
est quia eius materia venenosa existit. ⁊ percō
sequens dissoluens ⁊ corrumpens non solum
spiritus fluentes sed innatos ⁊ sequitur defec-
tio ⁊ destructio virtutis ⁊ mors ⁊ per ꝯsequēs
illis pacientibus talem febrem pestilentialē nō
competit dieta subtilissima q̄ est nihil dare nec
subtilis que est dare iuleb ⁊cetera sed dieta de
clinans ad partem grossiciei ⁊ hec dieta est cō
tra opinionē aliquoꝝ dicentium ꝙ in tali febre
est necessaria tenuis ⁊ subtilis dieta ⁊ adducūt
canonem Ipocra. primo amphorisomorum ad
vltimas egritudines vltime curatiōes ⁊cetera
etiamqꝫ canone Ipocra. quibus continuus est
status ⁊c̄ quia iste febres vltime sunt ⁊ continu
um videtur habere statum ratione terribilium
accidentium ergo oportet tenuissima vti dieta
Ad hoc respondendum est ꝙ qui talem dietaꝫ
ordinat maiorem errorem cōmittit quia talis
morbus non tollerat medici ⁊ infirmi etiamqꝫ
assistentium errorem etiāqꝫ si paruus sit. Nam
in morbis peracutis ad virtutem debilem su-
stendandam iubet ypocras dare grossiorem di
etam ut primo amphorismorum tenues ⁊ certe
diete in diuturnis quoqꝫ passionibus ⁊ acutis
egritudinibus quibus non conuenit difficiles
quātomagis in egritudine ꝑ peracuta vt in fe
bre pestilentiali in qua fortius continuo resol-
uitur virtus ⁊ sic tenuissima dieta inhiberi po-
terit quia quasi omnes pasciētes sic dietati mo
riuntur ideo Ipo. ad talem errorem tollēdum
dixit. Cōtemplari autem oportet ⁊ Galienus
in commento inqt cibus ergo in statu illico est
dādus accidentibus virtutem dissoluentibus
Propterea Auicenna'. pri. quart. capitulo de
curatiōibus febrium pestilētialiū dixit ⁊ quādo
cadit appetitus restaurentᷣ ad cōmestioneꝫ Nā
plurimi eoꝝ q viriliter agūt suꝑ illud ⁊ come-

dunt violenter absoluuntur ⁊ viuunt ⁊ neces-
se est restaurare eos super cibum ⁊ Rasis quar
to ad Almāsorem capitulo de morbis pestilen
tialibus. quare merito succurrendum existima
mus cum cibis restaurātibus virtutem cordis
Complebitur enim hoc cum hijs que habēt ip
sum cor tripliciter confortare scilicet substācıali
ter accidentaliter ⁊ vtroqꝫ modo Substantiali
ter aūt cum hijs que habent restaurare substā-
tiam cordis eiusqꝫ spiritus ⁊ calorem innatum
multiplicare ⁊ sic virtus restauratur atqꝫ cōfor
taī. talia aūt sunt cibus ⁊ potus cordi appriati
vtiqꝫ sunt cibi placidi sumpti in odore ac delec
tabiles ⁊ suauissimi in sapore qui facilis sint di
gestionis paucarum superfluitatum ⁊ multi ⁊ bo
ni nutrimenti existant ⁊ proprie secundū ꝙ ex-
igit dispositio corporis virtutis ⁊ febris ꝙ max
ime in bono medici arbitrio constare videtur
Sint ergo cibi tales tales quales sunt carnes
pullorum iuuenum perdicum ⁊ fasianoꝝ ⁊ aui
cularum paruarum ⁊ proprie montanarū ⁊ nō
aquaticaꝝ nec degētium in paludibus ⁊ pprie
brodium pullorum ⁊ pullarum paruaꝝ altera-
tum cum succo agreste ⁊ arangiaꝝ aut limonū
⁊ nota ꝙ si quis a principio patiens hāc febrē
habuerit vomitum ex repletione abstineat a ci
bo per decem vel duodecim horas ⁊ post detē
brodium superius dictum alteratum cū succo
agreste ⁊ post sex horas detur. aliud brodium
pulli vel pulle bene consumatum ⁊ alteratum
sicut dictum est cum rebus acetosis ⁊ si vomi-
tum nō habuerit commedere pōt de pomo vł
de piro assato cum zuccaro cum coriādro pre-
parato zuccarato potest etiam vti frequencius
vel pluribus vicibus de granis granatoꝝ mu
sorum cum zuccara alba succum sugendo ⁊ ei-
ciendo grana In secunda die commedant de
paruo pullo assato cum succo agreste vel cum
succo limonum admixta aqua rosata vel cum
succo citoniorum vel arangiaꝝ cum aqua rosa
ta muscata aut succo arangiarum vel vino gra
natorum musorum aut macianorum acetosorū
in hijs succis bonum est admiscere parum cina
momi puluerisati ⁊ pauco de zuccara alba vel
cōmedere poterit de sumitatibus alarū pullaꝝ
⁊ de eoꝝ pedibus vel testiculoꝝ galloꝝ iuue-
num cum succis dictis quia illi regenerant hu-
miditates cordis. sed si vomitus in paciente p
seuerauerit necessarium est tali pacienti aliqua
medicinalia cordialia administrare intus ⁊ ad
extra sicut inferius dicemus in capitulo de cor
rectione accidentium febris pestilētialis sed dē
tur brodia bene consumata alterata cum succo
citonioꝝ vel agreste vel alia re acetosa vel cum
aceto albo rosato vel potest dari aqua carnis
que in debilibus multum iuuat ⁊ confert cum
paruissima quātitate vini odoriferi ⁊ illa est vl-
tima rerum refectio debilitati cordis vt Auicē
na in de viribus cordis quam ipse docet illic
facere ⁊ etiam Auicenna secundo canone capi
tulo de carne ⁊ melius Auicenna tertio cano-
ne fen decimoseptto capitu. de cura colerice pas
sionis potest etiam fieri aqua per sublimationē
in duplici vase decocta predictarum auium sci
licet gallinarum iuuenum pullorum fasianoꝝ
⁊ perdicum ⁊ poteris admiscere de carnibus
castrati iuuenis si febris pestilētialis nō ardēs
nec conburens fuerit nec sitis fortis cuius ma
gisterii decoctionis erit tale Accipias ampho
ram ⁊ intus eam apponas de carnibus iam no
minatis minutim trocistatis lauatis cum aqua
finissima rosata ⁊ parū de dicta aqua apponas
in amphora ⁊ similiter poteris apponere cina-
momi trocistati quatuor frusta ad quātitatem
vnguis ⁊ quatuor vel sex gariofolos integros
⁊ decē vł quindecim grana coriādri preparati
⁊ tunc fortiter claudatur os amphore ⁊ ponatr
in olla magna vł alio vase plēo aq̄ ⁊ intꝰ pone
paleas ordei vel frumēti ⁊ pone dictuꝫ vas ad
ignem nō multū fortem taliter ꝙ bulliat aqua
vasis in modum ꝙ fiat distillatio ⁊ sublimatio
carnium existentium in amphora quādo ergo
tu videbis bonam distillationem in amphora
⁊ carnes bene coctas tunc erit facta aqua car
nis ⁊ potest administrari infirmo ⁊ est confor-
tans substantiam cordis ⁊ eius spiritus. Aliqui
autem faciūt aquam carnis per sublimationem
per alambicum de vitro ⁊ est singularis talis a
qua. sed mulieres Valentine faciunt aquā car
nis cum duabus scutellis argenti ꝙ vna sit pa
rum maior alia taliter ꝙ subintret vna super a
liam ut vapor non posset ad extra expirari. ⁊ si
nō habes argēteas scutellas fac cū scutellis de
terra de maliqua vitreatis ⁊ intus vnā scutellā

maiorem ponatis carnes minutim trocistatas lauatas cum aqua rosata mustata ꝛ parum de aqua dicta demittatur in scutella intus positis de cinamome ꝛ alijs speciebus odoriferis nũc supius dictis ꝛ post coperiatur scutella maior cum minori vt vapor exalari non possit postea ponantur scutelle in ore olle plene aqua communi ꝛ ponatur olla ad ignem prunaꝝ bene incensaꝝ ꝛ non ad flammã ignis ꝛ melius fit cũ prunis carbonum bene ignitis taliter ꝙ aqua olle buliat fortiter ꝛ sic fiet distillatio ꝛ sublimatio dictarum carnium ꝛ si vis cognoscere ꝙ aqua carnis est bene cocta aperias scutellas ꝛ videas si carnes sint bene cocte aqua carnis erit bene facta si autem nõ sint carnes cocte tũc cum cocleari diuerte ipsas de inferiori pte scutelle vt de inferius ad superius diuertantur ꝛ iterum ponatur scutella in olla ꝛ magis coquãtur ꝛ sic fiat perfecta aqua carnis ꝛ si vis vt fiat melior distillatio pone vnum manutergium aqua madefactum ꝛ ponatur supra scutellã superiorem vt melior fiat distillatio ꝛ sublimatio Et in veritate ego pluries expertus sum istam aquã carnis multi ꝛ maximi iuuamẽti esse ꝛ stomaci vero infirmorꝝ valde acceptãt nec vllam nauseam nec vomitũ causat precipue si in aqua carnis ponatur quãtitas parua succi de agresta ꝛ hoc fiat ad voluntatem infirmi ista remittãtur medico prudenti Si autem succus carnium vel aqua carnis secundum diuersitatẽ modorum facta ꝛ sublimata non conueniens fuit infirmo illam dare quia multũ subtilis ꝛ nimis tendens est ad caliditatem ꝛ facillime inflammabilis vel quia nõ placibilis nec delectabilis infirmo illico permuta ad alium cibum sibi conuenientem ꝛ potest dari de brodio consumato carnium superius dictaꝝ cum succis superius nominatis vł cũ lactuca cocta in dicto brodio etiamqꝫ dari potest pistum de carnibus elixis ꝛ fortiter pistatis ꝛ colatis permixtis cum brodio pulle iuuenis vel caponis iuuenis in quo permisceatur lac seminum frigidorum maiorum vł adminus lac seminum melonũ ꝛ semꝑ sit brodium alteratum cum granis ordei mundi in parua quantitate vel cum farro ordei vel cũ rebus acetosis precipue cum agreste vel succo acetositatis citri vel limonũ ꝛ arangiaꝝ ꝛ est cibus

valde iuuatiuus qꝛ nutritiuus ꝛ facilis digestionis etiãqꝫ alteratiuus superflueqꝫ caliditatis ꝛ siccitatis ꝛ sitis sedatiuus ad huiusmodi dictorum declarationem est notandum ꝙ Auicẽna capitulo allegato vt superius diximus posuit hos modos subtilis ꝛ grosse diete ꝛ pñit duo extrema scilicet nichil dare ꝛ est vltimum in subtilitate ꝛ aliud extremum est cibaria sanorum ꝛ cum incipit a cibo sanorum ꝛ procesit versus nichil dare totũ hoc vocat subtiliatiõeꝫ ꝛ cum incipit a nichil dare ꝛ gradatim ꝑuenit ad ptisanam ꝛ ad panem lotum lotione grossa ꝛ sic eundo ad cibaria sanorum totum hoc vocabat ingrossationem ingrossatio ergo cibi in principio egritudinis habet diuersitatem secundum diuersitatem egritudinum nam in quadã egritudine ingrossatio esset vinum granatorũ in quadam iuleb inquadã ptisana in quadã pulla ꝛ sic de alijs Hic doctores mouent questionem an regimen in febre procedat ingrossando Conciliator differẽtia centesimatricesima quarta mouet eam ꝛ gentilis primo amphorismorꝝ ꝛ primo canone fen quarto Breuiter dicamus intentionem ipsorum doctorum ꝙ in febribus in quibus spectamus crisim seruantem materiã ad vnicam expulsionem creticam a principio ingrossamus regimen ꝛ procedimus ad statum subtiliando dignior ergo hora ad ingrossandũ est ꝑncipiũ qꝛ distat astatu ꝛ pugna qꝛ tũc virtus nõ debet esse occupata in digerẽdo cibũ sꝫ intẽta in digerẽda materia ꝛ post in expellẽdo eam quandoqꝫ accidit ꝙ in principio ingrossamus vt in casu virtutis vtiqꝫ in febre pestilentiali causa terribilium accidentium que eis solẽt euenire debilitando virtutem vitalem ratione malicie materiei ꝛ venenositatis eius vt hec ingrossacio fiat secundum particulares dispositiones febricitãtium presentialiter hoc indicamus sicut dicit Auicen. prius quandoqꝫ cibamus qꝫ fleubotomamꝰ ꝛ euenit illis ad quorũ stomachum colera fluit: prius etiam cibamus qꝫ soluamus ventrem idest prius confortamus cibo infirmum vt Auicẽna. iij. cañ. fen. xi. capi. de cura sincopis vbi dicit: ꝛ qñ curatio facit necessariũ vt fiat mundificatio ꝛ times nocumẽtum eius oportet vt cõfortes stomacũ ꝛc. ꝛ da ad bibẽdũ vinũ odoriferꝝ ꝛ ciba cibo laudabili

Quandoqȝ cogimur prius cibare ꝙ cristere fa
ciamus sicut in hominibus quibusdā qui criste
ri ledūtur ieiuno stomoco ꝓpter causas notas
de quibus est intestinorū multa sensibilitas vn
de statim cōmotis intestinis euaporatione fien
te in eis nocentur in stomaco ⁊ in eis sequitur
multa debilitas stomaci ⁊ ꝓstratio virtutis ꝓp
terea dixit azaranij nono commento capitulo
primo ꝙ cristere non fiat ieiuno stomaco quā-
doqȝ etiam multa debilitas ratione ꝓlixitatis
doloris cogit cibare ante sedationem doloris
Sequitur ergo ex hijs ꝙ id quod de cibo dat̄
non dat̄ nisi propter virtutē vt enim nutriatur
virtus ⁊ non morbus cibus datur infirmo ipsa
enim virtus est cuius gratia cibamus ⁊ non fe
bris vt dixit Galienus in commēto amphoris-
moꝝ Contemplari aūt oportet ⁊c̄ ⁊ primo re
giminis acutoꝝ comento. xxxxij. propterea er-
go propter maximam causam in pestilentiali fe
bre virtutis casum facientem ad partem diete
grosse cibamus Sunt etenim cibi declinantes
ad partem grossiciei que sunt conuenientes ali
quibus pacientibus febrem pestilētialem sicut
lactuca ⁊ acetosa maior cum aceto limphato
cum aqua rosata ⁊ zuccara alba Potus autē
patientium febrem pestilentialem debet esse in
hora commestionis vinum subtile clarū in sub
stantia in colore rubeū vel subrubeum aromati
cum mediocrem habens stipticitatē sitqȝ pla-
dus in sapore atqȝ odore suauis ⁊ sit limphatū
cum aqua cocta plurima in quantitate ⁊ vini fi
nissimi odoriferi in quantitate parua hec ꝑmix
tio fiat scd̄m cōsuetudinē infirmi ⁊ scd̄ȝ disposi
tionē caloris febrilis ⁊ eius ꝯplexiōem ⁊ etatē
Sed in alia hora pacientibus febrē pestilenti-
alem non debet dari vinū quia maiorem ebuli
tionem ⁊ inflamationem induceret in humori-
bus sed aqua frigida est valde conueniens eis
nam cum humor vel materia febrium pestilen
tialium sit subtilis substantie quia venenosa ⁊
talis indiget ingrossatiōe idcirco potius aqua
frigida valde ingrossabit materiam ⁊ incursibi
lem motui ipsam faciet ⁊ ꝑ eius ingrossatiōem
aptam cursui ad sudorē Ideo bene dixit Aui-
cenna in capitulo de curationibus febriū pesti-
lentialium cum procedit in cura ipsarum febriū
pestilentialium inquit summa curatiōis earū est

exsiccatio id est euacuatio ⁊ postea cum infrigi
datione vt cum trociscis cum camphora ⁊ rob
fructuum vt cum rob de agresta ⁊ rob de ribes
⁊ huiusmodi ⁊ ad istam intentionem concedit
aquam frigidam plurimam quia infrigidat ⁊ in
grossat illam materiam. pauca autē aqua exci-
tat caliditatem propter hoc dicit Auicenna ⁊
aqua plurima subito est iuuatiua valde pauca
aūt consequenter exhibita fortasse excitat cali-
ditatem ideo dixit Auicenna in. ca. de intentiōe
ad curationes vniuersales febrium putredinis
Et quandoqȝ dat in potu medicus de aqua fri
gida infirmo quantitatem plurimam adeo do-
nec calor eius fiat viridis ⁊ tremat que sit saltē
perueniens vsqȝ ad eminam vnam ⁊ dimidiam
fortasse conuertitur febris ad fleumaticā ⁊ for-
tasse confortatur natura ⁊ expellit materiā cū
sudore ⁊ vrina ⁊ fluxu ventris ⁊ est sanitas qn̄
qȝ sunt quedam prohibentia deinde timet̄ mali
cia caliditatis ⁊ sitis ⁊ existimas ꝙ superuenit̄
ꝑ eam ad ariditatem vel extenuatiōez nō prohi
beas aquam frigidam nam aditio apostematis
⁊ cruditatis eius melior est Dignum tamen
est attendere ꝙ quātitas que datur in potu ex
aqua est secundum diuersitatem inflammatio-
nis febris est etenim magna latitudo in calore
huius febris arsiue que bene iudicatur dari a
qua frigida vt Auerrois. vij. colliget ⁊ diuersi
ficatur quantitas exhibitionis eius secundum
multa alia que per te considera Non ergo om
nibus quibus concedimus aquā frigidam con
cedimus in quantitate vltima que est quantū
potare possint vt inde perueniāt ad tremorem
⁊ quandam liuiditatem corporis quare vocat
Aui. viriditatē quando flama febris est valde
vltima ⁊ hora calida ⁊ omnia que consentiunt
potes dare bibere quantū vult alijs aūt potest
sufficere quantitas minor secundum tuam esti-
mationem per eminam autem intellige quanti
tatem copiosam vnde Galienus. ix. terapenti-
ce cum determinat se ad mensuram vult ꝙ de-
bet bibere quātū laborans voluerit emina etiā
non est magna quantitas q2 est viginti vnciaꝝ
vel sedecim licet in hoc pondere inueniatur di
uersitas ⁊ forsan per eminam intelligit mēsurā
aliquam alicuius vasis Auic. vero dicit humo
ris aūt colerici est vt conuersus ad subtilitatem

fiat spissus ꝛ aqua quidem frigida facit illud ni
si sit stomacus aut epar debile aut sit in visceri-
bus apostema aut dolor aut sit complexio eius
pauci sanguinis aut caliditas innata debilis ꝛc̃
Et postea Auicenna subdit vbi autem materia
calida aut grossa iam digesta est ꝛ corpus est
carnosum ꝛ caliditas innata exuberans ꝛ vir-
tus fortis ꝛ viscera sana non frigida eoꝝ com-
plexio radicalis non insueta aque frigide imo
assueta tunc aqua frigida est melior res ꝛ hoc
totum remanet in iudicio medici per bonitatē
estimationis sub canonibus sciētialibus ꝛ habi
tu experimentali vt dixit gentilis

Capitulum sexagesimumsecundū in quo
intendimus ostendere correctionem ꝛ cu
ram omnium accidentium communiū eue
nientium febribus pestilētialibus ꝛ pmaxi
me dicemus de illis magis appriatis acci
dentibus vt plurimum ipsis febribus pesti
lentialibus euenientibus



Ost curam febris pestilētialis ꝛ
canones cibationis in ea decre-
uimus in hoc capitulo demōstra
re accidentia que in acutis febri
bus ꝛ in alijs febribus malignis
solent euenire ꝛ primo noticiam faciemus de il
lis que cōmuniter accidūt in febribus pestilen
tialibus ꝛ q̄uis predicenda accidentia possint
sequi plurimas febres putridas ꝛ plurima acci
dentia ex eis sequntur acutas febres vtiq; pes-
tilentiales Ideo determinatio de cura acciden
tium est quodammodo communis Galienus
aūt cum considerauit accidentia que eueniunt
post febrem posuit eoꝝ curam post illā propte-
rea Auicenna post curationem febrium acuta
rum ponit capitulum de accidentibus dicens
rememoratio accidentiū que difficilia sunt in
febribus acutis ꝛ incipit capitulum. loquamur
itaq; in primis de accidentibus que vehemen-
tia sunt in febribus ꝛ de curatione eoꝝ ꝛc̃ Et
hec quidem accidētia sunt sicut rigor ꝛ frigus
ꝛ horripilatio ꝛ sicut sudor plurimus ꝛ sicut
fluxus sanguinis ꝛ vomitus laboriosus ꝛ flux
us ventris debilitans ꝛ sicut sitis que non tol
leratur ꝛ profunditas somni superflua ꝛ vigila
tio inseparabilis ꝛ asspitas lingue ꝛ obfuscatio
oris ꝛ sicut sternutacio continua ꝛ dolor capi
tis prauus ꝛ tussis frequens ꝛ sicut casus ap-
petitus ꝛ bolismus ꝛ sicut appetit9 caninus ꝛ
singultus Ista aūt accidētia noiata sunt com-
munia sed magis apppriata accidētia febribus
pestilentialibus vt plurimum euenientia sunt q̄
Auicēna ponit in capitulo de signis febris pes-
tilentialis que q̄uis sint signa sunt tamen acci
dentia propria patientium febrem pestilentialē
vt sunt magnitudo anhelitus ꝛ eius exaltatio
ꝛ multociens constringitur ꝛ quādoq; est nau
sea ꝛ vomitus ꝛ casus appetitus ꝛ si non resis-
titur ei cum commestione violēter interficit eū
ꝛ dolor oris stomaci ꝛ magnitudo splēis ꝛ an
gustia vehemens ꝛ inquietudo ꝛ fortasse erit
tussis sicca ꝛ casus virtutis ꝛ peruenitur in ea
ad sincopim ꝛ commixtio rationis ꝛc̃ Et poste
a subdit quandoq; accidit fluxus ventris cole-
re ꝛ aliorum humoꝝ ꝛ quandoq; est melanco-
licus humor ꝛc̃ Curatio ergo ꝛ correctio su-
pra dictorum accidētium euenientium commu
niter omnibus febribus putridis reperies curā
eorum per Auicennam ꝛ alios doctores anti-
quos ꝛ modernos in capitulis pprijs ideo re
mittimus te ad ea que dicta sunt in doctrina
ipsorum Sed quia angustia vehemēs ꝛ inqui
etudo nausea ꝛ vomitus ꝛ casus appetitus ꝛ
dolor oris stomaci ꝛ casus virtutis ꝛ flux9 vē-
tris ꝛc̃ sunt accidentia que frequenter ꝛ vt plu
rimum sunt concomitantia ꝛ euenietia in febre
pestilentiali idcirco de qualibet istorum accidē
tium cura ꝛ correctiōe aliquid dicemus ꝛ pmo
si ipsis acciderit magnitudo anhelitus ꝛ eius
exaltatio cum angustia vehementi ꝛ inquietu-
dine corrigāt ꝛ adiuuent ergo pmo tales febri
citantes cum fricationibus extremitatum non
multum fortibus sed temperatis ne sequatur in
sanguine supcalefactio ꝛ ebulitio ꝛ si extrema
frigida fuerint cum pannis temperate calidis
ꝛ manibus supercalefiant ꝛ illico detur potus
cordialis descriptus superius precipue det de
puluere vel confectione iacinctorum cū siropo
acetositatis citri ꝛ aqua buglosse vel acetose
vel cum aqua rosata si in tali febricitāte multa
inflammatio affuerit sed si nauseam patiatur vl
vomitum illum potum dabis cum siropo de ri
bes vel de agresta cum aqua acetose apponen
do dragmam vnam vini albi odoriferi ꝛ de tali

potu poteris dare de sex in sex horis Uerum-
tamen virtus est custodienda post autem tres
horas istius potus detur de consumato vl' dis-
tillato vel de pisto cum succo de agresta in quã
titate proporcionata dispositioni oris stoma-
ci eius & administrentur epithimata cordialia
iam superius dicta cũ panno de scarlata ponen
do supra regionẽ cordis sepe & sepius actu cali
da Similiter teneat in manu pomum ambre de
illis iam superius ordinatis & camera suffumi-
getur cum thure ligno aloes & trium specierũ
sandalorum & paucis gariofolis hec pfumatio
fiat secundũ aeris dispositionẽ camere & disposi
tionem febris inflammatõnem etiamq temporis
anni Deinceps autem oportet curare & succur
rere ad alia accidentia scilicet nauseã vomitũ
casum appetitus & dolorem stomaci si non re-
sistitur eis sequitur mors Sed quia accidentia
sunt quasi inseparabilia insequentia febrem pes
tilentialem corrigantur & curentur cum medici
nis confortantibus stomacũ approximatis intus
& extra per omnem modum quo melius possi-
bile est fieri etiamq apponendo in cibarijs suis
aliqua Aromatica confortantia. Ut superius
dictum fuit propterea in aqua carnis vel con
sumato brodio aut distillato sublimato & pisto
poni debent cinamomum gariofoli sicut iã dic
tum fuit & hec dentur secundum virtutis diges
tiue potentiam & fortitudinem vt virtus susten
tetur propter hoc cibi predictorum debẽt esse
placibiles cum conuenientia proprietaria cum
orifitio stomaci & tunc erunt delectabiles & re-
stauratiui spirituum quia in spiritibus viuifica-
tis principaliter remanet vita quia propter intẽ
perãtiam & corruptionem ipsorum sequitr mors
Nausea aũt & vomit9 & casus appetitus & do-
lor stomaci possunt venire a multis causis vt
Auicẽna tredecima tercij in capitulis proprijs
declarat etiamq Auicenna Fen prima. quarti
tractatu secundo capitulo. xv. cum dicit regimẽ
vomitus qui accidit eis & in capitulo. xxi. de
dolore ventris & in capitulo vicesimosexto de
distructione appetitus eorum Uerũtamen ista
accidẽtia nominata licet a plurimis causis eue
nire possint vt dictum est Attamen a duabus
causis vt plurimum causantur in febribus pesti
lentialibus hec accidentia scilicet nausea vomi

tus casus appetitus &c Prima enim causa fa-
ciens nauseam & vomitum est quia in corpori
bus febre pestilentiali afflictis multiplicãtur in
spiritualibus vapores putridi maliciosi veneno
si inflammantes etiam os stomaci & corrũpen-
tes humores inuentos in eo causant nauseam
vomitum & corrumpunt appetitũ etiãq dolo-
rem oris stomaci faciunt & ex exitu ipsoꝝ vap o
rum per os exsiccãt linguam & sitim causant &
exsiccant spiritualia & isti humores qui corrum
puntur in stomaco angustiam & tristitiã inferũt
atq cordis morsum & casum appetit9 inducũt
correccio & curatio eoꝝ fieri debet cũ potibus
cordialibus dictis superius admiscẽdo aliqua
infrigidantia & humectantia sicut siropum de
papauere cum aqua nenufaris & citrullorũ & si
miliũ vt vapores illi putridi maligni & veneno-
si ingrossent vt a sua causa inflammabili remit
tantur & cum potu cordiali malitia venenosita
tis destruatur & sic talis potus erit vtilissimus
precipue quando tales ptes spirituales magis
leduntur q partes stomaci & talis vel similis
debet esse potus. R. pulueris de iacincto. ʒ. ß.
siropi papaueris vel viole vnciam vnam aque
buglosse aque nenufaris. aã. vnciam vnam mi
sce & fiat potus detur ieiuno stomaco de octo
in octo horis Sed quia ptes spirituales valde
sicce sunt ratione illoꝝ fumoꝝ maliciosoꝝ sicco
rum oportet vt ptes spirituales humectentur
faciendo gargarismata cum aqua ordei vel cũ
lacte amigdaloꝝ dulciũ extracte cũ dicta aqua
ordei etiamq cum lacte seminum frigidoꝝ ma-
iorum vel cum muscillagine seminis psillij & ci
toniorum & muscillagine gumi dragagãti & gu
mi arabici permiscendo de siropo viole & papa
ueris & permisceri possunt omnia simul vel illa
que tui considerationi & arbitrio secundum exi
gentiam infirmi erit permiscendũ pmisceas ad
gargarisandum erit optimum vel parum de eo
tenẽdo in ore lambendo erit res singularis ad
remouendum & corrigendum siccitatem spiri-
tualium etiamq oris stomaci isofagi & guttu-
ris & in partibus pectoralibus fiant vnctiones
cum oleo amigdaloꝝ dulcium & viole sed si in
ore stomaci maius nocumentum inductum fu
erit ab huiusmodi vaporibus causando nauseã
vel vomitũ destructionem appetitus & dolorẽ

stomaci tūc administrentur potus coꝛdiales su
perius dicti cū sirupo de ribes vel de agresta
cum aqua acetose etiamqꝫ fiat inunctio in oꝛifi
tio stomaci cum oleo rosato perfecto apponen
do desuper sacculum istum cuius compositio
talis est. ℞. rosaꝝ coꝛiandroꝛum pꝛeparatoꝛum
coꝛticum citri siccoꝛum añ. vnciam. i. pul' trium
sandal'. pul'. coꝛalli rubei añ. ʒ. ij. pul'. aromatici
rosati maioꝛis. ʒ. ß. puluerisent omnia que pul-
uerisanda sunt ⁊ fiat saculus inter pastatus in
panno de lino subtili ad foꝛmam scuti pꝛo oꝛifi
cio stomachi ⁊ apponatur ei. Secunda aūt cau
sa inducens hec accidentia nauseam vel vomi
tum destructōem appetitus pꝛecipue doloꝛem
oꝛis stomachi sunt humoꝛum effusiones ad ip-
sum ⁊ tunc considera si est effusio materie cole
rice ad os stomachi ex epate. vel est effusio ma
terie melancolice ex splene ad ipsum ut dixit A
uicen. fen. xiij. iij. tractatu. ij. capitu. pꝛimo de re
gimine doloꝛis stomachi ⁊ cetera. Uerūtamen
in pluribus putridis permaxime in febꝛibus pe
stilentialibus sequitur hec effusio materierum
colericarū ad stomachum ex epate ⁊ talis ma-
teria effusa aut est in stomacho natans aut inbi
bita submersa ut Auicen. xiij. iij. capitulo de cu
ra malicie cōplexiōis stomachi cum materia ⁊
cura opilationis. si vero natās causaret hec ac
cidentia scilicet nauseam vomitum destructio-
nem appetitus ⁊ doloꝛem stomaci que accidē
tia curari possunt per vomitū vt vult Auicen-
na pꝛima quarti tractatu secundo capitulo de
decimoquinto vbi incipit rubꝛica Regimen vo
mitus inquiens q̄ fiat vomitus cum aqua tepi
da ⁊ sirupo acetoso simplici ⁊ Auicenna deci-
matercia tertij capitulo allegato dicēs ⁊ si hu
moꝛ est effusus nō adherens stomaco innatur
vomitu facto cum aqua raffani ⁊ oximelle vel
cum aqua mellis vel cū aqua oꝛdei pmixta cū
oximelle ⁊ inferius ipse subdit ⁊ quādo humoꝛ
inpediens est calidus moꝛdicatiu⁹ ex quo ac-
cidit sincopis ⁊ spasmus tunc rege ipsum cum
eo q̄ diximus in capitulo sincopis ⁊ pꝛimū q̄
opoꝛtet q̄ ei succurras est facere eum vomere
cum aqua tepida ⁊ cum sirupo acetoso simpli-
ci nam ipsi cum vomūt humoꝛes illos sedatur
accidens propter hoc Auicenna tredecima ter
cij tractatu quinto capitulo viij. de vomitu ⁊
submersione nausea ⁊ estuatiōe stomaci inquit
multociens accidit febꝛicitanti spasmus aut epi
lentia aut simile epilensie subito ⁊ euomunt hu
moꝛem vt est flos eris aut indicum ⁊ euadit ⁊
Galienus quinto amphoꝛismoꝝ pꝛimo cōmēto
illo paraffo dicēs sicut vidimus in quodam iu-
uene eruginē eris euomente erugine vero pur
gata cessauit febꝛis et a spasmo statim euasit si
autem illum humoꝛem colericum natantem nō
potuisset vomere per medicinas datas ad vo-
mendum per multas vices est signum q̄ talis
materia est adherens stomacho: tunc necessari
um est digerere illam materiam colericam adu
stam cum sirupo acetoso simplici illam inciden-
do ⁊ cuꝫ sirupo de papauere vel violaꝝ siccita
tem remouendo ut ad amplioꝛem ustionem et
maliciam non perueniat ⁊ sic talis materia co-
lerica digerit̄ ⁊ efficit̄ apta p̄ncipalit̄ ad vomi-
tum quia illa est via aptioꝛ ad eius euacuatio-
nem. ⁊ si per vomitum nō fuit possibile ut eua-
cuetur tunc redire poteris ad canonem Auicꝫ.
iam dictum inquiens. ⁊ eius cura que ab epa-
te effunditur indiget eis que naturam leniunt
⁊ euacuant humoꝛem subtilem colericum sicut
aqua casei cū mirabolanis ⁊ scamonea Sed
medici antiqui sapientes non ausi erant admi-
nistrare hāc medicinam sed dabant in potu me
dicinam lenientem in talibus accidentibus sci-
licet nausea ⁊ vomitu ⁊ in destructione appeti
tus permaxime in doloꝛe oꝛis stomachi pꝛoue
niente ab illa materia colerica adusta pꝛecipue
si erat caliditas inflammata ut. ℞. cassiefistole
nouiter extracte ⁊ tamarindoꝛum electoꝛum ⁊
cetera añ. quanta erat necessaria quantitas uel
dosis pꝛo infirmo ⁊ cum aqua absintij ⁊ aqua
acetose misce ⁊ sic dabant istam medicinam so-
lutiuam lenitiuaꝫ in debilibus. Sed in foꝛtibus
ego addebā electuariū diapꝛunis solutiui quia
q̄uis scamonea de se sit nociua stomacho ut in
quit Abenmesue in suo antidotario ⁊ Auicen.
in pꝛeallegato capitulo dicit ⁊ scamonea est no
ciua stomacho ⁊ inimica. verūtamen scamonea
rectificationem recipit ab alijs medicinis in eo
ingredientibus ⁊ cū hac medicina solutiua mi
rabiliter expurgātur illi humoꝛes colericissimi
Si vero existentibus hijs accidentibus non fu
erit caliditas inflammata ut dicit Auicen. cap.

iam dicto quādoq; remouetur egritudo stoma
chi potione vna yereprige simplici cū aqua ab
sintij postea vero non obliuiscaris rectificare
membrū mandantem scilicet epar vel aliud mē
brum ꝛ confortare stomachum vt non recipiat
quod effunditur ad ipsum stomachum vt inqit
Auicenna rectificatur aūt membrum mandās
in febribus pestilentialibus scilicet epar cū me-
dicinis infrigidantibus epar prohibendo ebuli
tionem ipsius cum epithimate tali. ℞. aque ro
saꝝ aque endiuie. aā. vncias. vi. pulueris trium
sandalorū. aā. ʒ. i. camphore. ℈. ß. aceti albi vn-
cias. duas misce ꝛ cum panno lineo madefac-
to ex hoc epithimate ponatur supra regionem
epatis ꝛ sepius remutetur pannus madefactus
si vis facere vnctionem cum ceroto sandalino
facias ꝛ hoc fiat secundum dispositionem pa
tientis sed obliuioni non est tradenda confor
tatio membri recipiētis ꝙ est stomachus vt nō
recipiat illud quod effunditur ad stomachum
sed si cum febribus pestilentialibus sint hu-
mores colerici adustissimi maliciosi rectum erit
ordinare secundum intentionem Auicenne em
plastra uel medicamina que sint frigida cum ali
quali stipticitate ꝛ confortatione vt Auicenna
capitulo sepius allegato in paraffo illo Et frigi
da quidem in dispositione curationis calidita-
tis in febribus sunt alcusbu id est rosa siluestris
citonia ꝛ gallia ꝛ succus agreste ꝛ rami alban-
leich id est Rami spinarum albarum ꝛ olea si-
cut oleum rosarū ꝛ q̄uis ista sint medicamina
prohibentia ampliorem effusionem ratione fri-
giditatis ꝛ alicuius stipticitatis eaꝝ sunt con-
fortantia os stomachi ne recipiat materias effu
sas ad ipsum sed in tali effusione materierū co-
lericarum adustarum ad stomacum ego facio
tale emplastrū. ℞. folioꝝ violarꝝ ℳ. iij. folioꝝ
absintij viridium ℳ. ß. folioꝝ rosarum siccarū
vnciam. i. omnia buliant cum aqua communi
ꝛ pauco aceto donec mollescāt ꝛ post fortiter
pistentur ꝛ cum oleo rosato perfecto fiat empla
strum ꝛ apponatur de vmbilico usq; ad orificiū
stomachi ꝛ remutetur de duodecim in duode-
cim horis Istud autem emplastrum habet om
nem virtutē necessariam in accidētibus dictis
stomachi ꝓuenientibus a materia colerica effu
sa ad ipsum Nam cū frigiditate folioꝝ violaꝝ

ꝛ rosaꝝ ꝛ cū oleo rosato fit repcussio ꝛ stoma-
chus prohibetur ne materias effusas recipiat ꝛ
non permittit materias colericas amplius adu
ri ne cōuertantur in prasinam ꝛ sic in similibus
accidentibus inuenimus mirabile iuuamentū
etiamq; istud emplastrum non permittit materi
as colericas effusas ad stomachum natantes
ꝙ inbibantur in stomacho ꝛ ꝑtibus eius ꝛ me-
dicus potest diuersificare medicinas dictas ad
maiorem dosim quamlibet illaꝝ secundū dispo
sitionem humoris colerici peccātis Cum ergo
iste materie effuse natātes in stomaco inbibunt
tunc accidentia ipsa augentur ꝛ efficiuntur for
tiora ꝛ difficilima in eius eradicatione cum me
dicinis vomitiuis etiamq; cum laxatiuis prop
ter ineptam dispositionem viarum quia inbibi
te in porositatibus stomachi sunt ꝛ extra cōca-
uitates viaꝝ ad eorū eductionem existunt que
materie per euaporationē ꝛ resolutionem ma-
gis apte sunt educi q̄ per vomitum vel solutio
nem ventris propterea malefaciunt ꝛ operanē
aliqui qui talem materiam colericam inbibitam
in stomacho volunt cū medicinis solutiuis for-
tibus euacuare Et ideo Auicenna loco superi
us dicto solū in tali materia inbibita non admi
nistrat nisi aloes vel yereprigam quia euacuati
o eoꝝ non pertransit epar ꝓpter hoc inquit tex
tus Auicenne ꝙ si humor sit inbibitus intrans
ꝛ non est nisi subtilis in essentia sua tūc melius
quo curatur est aloes ꝛ ablutum est rectius ad
confortandum ꝛ non ablutum ad purgandum
nam cum abluitur debilitatur eius euacuatio ꝛ
mundificatio ipsius ꝛ yera cōuenientior est am
bobus ꝛc postea subdit Et oportet quando bi-
bitur yerepriga suple simplex intentio sit post
ipsam ambulare ꝛ non oportet vt alteretur ꝓp
ter ipsam regimen suū et quandoq; remouetur
egritudo potione vna ex yera Et postea sub-
dit amplius ꝛ si fuerit casus appetitus aut nau
sea ponatur loco croci in yera rose rubee ꝛ quā
do inuenitur caliditas inflammata non admini
stretur yera quoniam ipsa addit in malicia com
plexionis ꝛc sequitur ex hiis ꝙ quando hec ac
cidentia eueniunt in pacientibus febrem pesti-
lentialē nō conueniens est yera quia in ipsis in
ducitur caliditas inflammata Sed conuenien-
tius est administrare medicinam laxatiuam lini

tinam vtiqꝫ casiefistolem tamarindos ⁊c̃ sicut
antea scripsimus Si vero ista accidentia perse
uerant vtilissimum erit administrare in materia
inbibita fomentationes cum medicinis a nodi
nis videlicet cum folijs maluaꝝ ⁊ violarum ⁊
absintij ⁊ camamille ⁊ mellıloti ⁊ rosaꝝ qꝛ val
de sunt resoluentes illam materiam colericam
inbibitam in stomacho ⁊ hãc fomentationem
facias duabus vicibus in die naturali ieiuno
stomaco ⁊ postea vngatur stomacus cum hoc
unguento anodino resolutiuo materie colerice
in stomacho inbibito vt sequit̃. ℞. olei amig-
dolaꝝ dulcium facti per expressionem olei ca
mamille olei lilii albi ansugie galline recentis
vnguẽti rosati olei rosati perfecti. añ. ℥. v. cum
cera alba fiat vnguentum facietqꝫ aptionem
poroꝝ stomachi ⁊ abilitabit materiã colericã
vt resoluatur Et cum hijs remedijs medicina
rum accidencia corrigentur sed si cum hijs me
dicinaꝝ remedijs non sequitur iuuamentum ⁊
cura tu considera oportuna remedia scripta vł
notata per Auicennam per Rasim vel per ali-
os doctores antiquos vel modernos in pro-
prijs ipsoꝝ capitulis vel per ingenium tuũ na
turale vt pacientes talia accidentia ad veram
curam perueniant

Capitulum sexagesimumtertium in quo
ostendemus omnipotentis dei deprecati-
onem vt pro sua misericordia hunc tracta
tum legentibus preseruatiõem a pestilen-
tia sanitatemqꝫ concedere dignetur altissi
moqꝫ creatori de huius opusculi perfecti-
one gracias agere intendim⁹ sancteqꝫ ma
tris ecclesie correctioni atqꝫ medicine do
ctorib⁹ emẽdationi submittere volumus

Nobis non restat amplius preser
uationis curatiõisqꝫ febris pesti-
lentialis doctrinã extendere nisi
altissimum omnipotentemqꝫ ac
sempiternum deum ex toto cor-
de obsecrare ⁊ huic supplicare vt legentibus
hunc libellum sanitatem concedat In primis
igitur gratias deo agamus simul cum Auicen
na in prohemio sui canonis sicut sui ordis cel-
situdo ⁊ beneficij ipsius multitudo meretur cu
ius misericordia super omnes ꝓphetas existũt
Et Hali abenragel in sui operis ꝑncipio dixit

Est primus sine principio ⁊ postremus sine fi
ne terminato qui creauit celos circumferentia
les ⁊ stellas mouentes ⁊ Auensoar in ꝑmo sui
thesēir inquit qui mundũ regit ⁊ gubernat suo
precepto ⁊ voluntate Et in secũdo thesēir di-
cit ⁊ qui curam habet circa omnia entia nunc
igitur deum vnum tantummodo in substantia
licet in personis trinũ Nos ipsum sic firmiter
credimus confitemur ⁊ adoramus ⁊ eum de-
precamur vt quicumqꝫ hunc libellum legerit
valitudinem cõsequi valeat ipsamqꝫ sua inenar
rabili fauente gracia cõseruet cum ipse sit fons
vite vt Origenes ait Etiamqꝫ vita ⁊ quecũqꝫ
ꝑfectio ⁊ omne bonũ quibus res distinguũtur
non nisi a prima veritate sunt que omnium bo
norum prima est vniformis manatio vt Auicẽ
na de viribus cordis. ca. ij. scribit Cum etiam
quia ipse largitur sanitatem corpoꝝ ⁊ vitam a
nimarum vt Auerrois in ꝓhemio canticorum
fatetur Similitqꝫ Auensoar in secũdo thesēir
tractatu. ij. dixit Scimus certissime ꝙ spere ⁊
stelle ⁊ materia ⁊ forma tempus ⁊ locus sunt
res generate ⁊ create quare nullum perfectum
vel nocumentum possunt agere vel imprimere
nisi precepto ⁊ voluntate diuine prouidentie
itaqꝫ ex tota anima fontem omnium bonoꝝ de
precamur vt omnibus pro sua infinita pietate
huius libri consilio vtentibus salutem ꝯcedet
dignet̃ ad laudem ⁊ gloriã sue excelse maiesta
tis etiamqꝫ volumus ꝙ si in hoc nostro indig
no libello aliquod minutum iõta mãdatis dei
vel eius filij redemptoris cõtrarium vel dissio
num reperietur quod ꝑ inaduertentiã nostrã
aut inscientiam scripserim⁹ omni mentis affec-
tu oramus Referen̄. catholice fidei nostre cu
stodes sua benigna humanitate emendare ⁊
corrigere velint vt pro nihilo reputet̃ tãqꝫ nõ
dictũ habeatur Si vero aliquid boni ⁊ vtilis
hoc in opere inuentũ fuerit volumus vt id no-
bis minime asscribatur sed totum creatori om
nium attribuatur vt Auenscar in libro thesēir
tractatu tertio inquit Omnis res procedit ab
illo qui est summe ⁊ vltime scientie vtiqꝫ a deo
viuo vero ⁊ benedicto Uerumtamen vere sci
mus ⁊ ita fore sine dubio fatemur que necessa
ria erant in hoc scripto nõ adducta fuerũt nec
credimus in aliquibus dictis ob imperitiam ⁊

falsum iudicium non errasse Idcirco Rasis in sexto suoꝝ amphorismoꝝ inquit. hominis quidem natura non euadit errorem maxime in rebus difficilibus. Itidem voluit Galienus secūdo Meamir ca. de dolore capitis sine febre cū dixit difficile est enim hominem existentem nō peccare in multis. Aliȷ̄ quidem ut ignorantes Aliȷ̄ aūt ut male iudicantes. Aliȷ̄ vero ut negligenter scribentes. Idcoq3 ex omnibus anime viribus exoramus ⁊ deprecamur omnes ⁊ precipue maiores medicine doctores si in hoc opusculo aliquit male intellectum ⁊ a nobis interpretatum aut aliquod inpertinens de dictis auctorum adductum ⁊ inuentum fuerit id pro sua corrigant humanitate.

Laus Deo.

Explicit libellus agregator sententiarum doctorum omnium de preseruatione ⁊ curatione pestilentie intitulatus ad laudem ⁊ gloriā diuine maiestatis gloriosissimeq3 Virginis Marie ⁊ ad valitudinem perfectissimam viteq3 longitudinem Domini nostri beatissimi clemētissimiq3 Pontificis Alexandri vi. editus p Petrum Pintor arcium ⁊ medicine magistrum prefateq3 sanctitatis medicū Rome impressus per venerabilem virū Magistrū Eucharium Silber Anno salutis. M.cccclc. Die. xx. mensis Februarȷ̄.



¶ Registrum foliox huius opis

¶ Capitulum primū.
solempnes
que ea
vnq3
¶ ber esse
⁊ non
ec superiorl
¶ uācia ideo
familiaris
dicit Gali
¶ nis quia
pestifero
⁊ inde
¶ dictis satis
necessarium
uus hali
¶ frigidum
prima
ret parietibus
¶ propter
mus q
nem con

¶ est sed
epatis
dam
¶ accidentium
varietatem
corpora
¶ moueant
a veneno
tes tiriace
¶ est crudam
prolongatione
rimum iuuare
¶ permaxime
ventris
ruptio ⁊
¶ cordialibus
te volunt
quidem
¶ causticum
capitulum
quare
dunt